n Unc de illa parte rationis ad quã ꝓtinet scientia. i. cognitio reꝝ temporaliũ atq̃ mutabiliũ nouãdis vite huius actionibus necessaria susceptã: considerationem q̃tum dñs adiuuat peragam⁹. Sicut em̃ in illo manifesto cõiugio duoꝛum hominũ qui primi facti sunt: non manducauit serpẽs de arboꝛe vetita: sed tantũmodo mãducandũ psuasit. Mulier aũt non manducauit sola: ꝑ viro suo dedit: & simul manducauerunt: q̃uis cũ serpẽte sola locuta est: & ab eo sola seducta sit. Jta & in hoc qđ etiã in homie vno geriť & dinoscit: occulto quodã secretoq̃ coniugio carnalis: vel vt ita dicam: q̃ coꝛporis sensus intenditur sensualis animi motus: qui nobis pecoꝛibusq̃ cõmunis est: seclusus est a ratione sapientie. Sensu quipe coꝛporis coꝛporalia sentiunť: eterna vero & incõmutabilia spiritalia ratione sapientie intelliguntť. Rationi aũt scientie appetitus vicinus est: q̃ quidẽ de ipsis coꝛpalib⁹ que sensu coꝛporis sentiunť ratiocinantur ea que scientia dicitur actionis: si bene vt eam noticiam referat ad finẽ sũmi boni: si aũt male: vt eis fruatur tanq̃ bonis talib⁹ in quibus falsa btitudine conq̃escat. Cum ḡ huic intentioni mentis q̃ rebus tpalib⁹ & coꝛpalibus ꝓpter actiones oficiũ rõcinãdi viuacitate versať: carnalis ille sensus vel animalis ingerit quãdã illecebrã fruendi se: id est tanq̃ bono quodã priuato & ꝓprio: non tanq̃ publico & cõmuni: qđ est incõmutabile bonũ: tunc velut serpens alloq̃tur feminã: huic aũt illecebre consentire: ꝺ ligno ꝓhibito manducare est. Sz iste ꝓsensus si sola cogitationis delectatione cõtentus ẽ: supioris vero auctoꝛitate consilij ita membra retinenť: vt nõ exhibeantur iniq̃tatis arma peccato: sic habendũ existimo velut cibũ vetitum mulier sola comederit. Si aut ẽ in ꝓsen Gen·3· Gen·3· Eccl·19 Ps·48· Roma·6

tione male vtendi rebus que per sensum corpis sentiunt: ita decernitur q̃dcũq; peccatuz vt si potestas sit etiã corpe compleat: intelligẽda ẽ illa mulier dedisse viro suo secũ simul edẽdũ illicitũ cibũ. Neq; eñ põt pctñ non soluz cogitãdũ suauit: verũetiã efficaciter ppetrãdum mente decerni: nisi ꝛ illa mentis intentio penes quã summa potestas est membra ĩ opus mouẽdi: vel ab ope cohibendi male actioni cedat ꝛ seruiat. Hec sane cũ sola cogitatione mens oblectat illicitis: non q̃dẽ decernẽs esse facienda: tenẽs tñ ꝛ volens libenter q̃ statim vt attigerũt animũ respui debuerũt: negandũ nõ est esse pctñ: sed longe minus q̃ si ꝛ ope statuat implendũ. Et ideo de talibus q̃ cogitationib⁹ venia petenda est:
Mat·6 pectusq; percutiendũ: atq; dicendũ. Dimitte nobis debita nostra: faciendũ quoq; qõ sequit: atq; in oratione iungendũ: sicut ꝛ nos dimittim⁹ debitoribus nostris. Neq; eñ sicut in illis duobus primis hoibus psonã suã quisq; portabat: ꝛ ideo si sola mulier cibũ edisset illicitũ: sola vtiq; mortis supplicio plecteret. Ita dici põt in hoie vno: si delectationib⁹ illicitis a q̃bus sẽptinuo debet auertere cogitatio libenter sola pascat: nec facienda decernat mala. sed tñ suauiter in recordatiõe teneat: quasi mulierẽ sine viro posse damnari: absit hoc credere. Hec quippe vna psona ẽ vn⁹ hõ est: totusq; dãnabit: nisi hec que sine voluntate opandi: sed tñ cum volũtate animũ talibus oblectandi solius cogitatõis sentiunt esse pctã: p mediatorez gratiã remittãtur. Hec ita q; disputatio qua in mẽte vniuscuiusq; hois quesiuim⁹ quo ddã rõnale cõiugiũ cõtemplationis ꝛ actionis: officijs p que dã singula distributis. tamẽ in vtroq; mentis vnitate seruata: salua illius veritatis historia. quã de duobus primis hoib⁹: viro. s. eiusq; muliere: de quibus ppagatũ est gen⁹ humanũ: diuina tradit auctoritas. Ad hoc tñ modo audienda est: vt intelligat aplus: imaginem dei viro tñ tribuendo non etiã femine: cuius in diuerso sexu duoz hoim aliquid tñ significare voluisse quod in vno homine quereretur.
s. Lor. ij.

De eorum sententia que in vno hoie mẽtem in psona viri: sensum aũt corpis in psona mulieris accipiẽdũ eẽ dixer̃t. La. XIII.

n Ec me fugit quosdã qui fuerũt ante nos egregij defensores catholice fidei ꝛ diuini eloquij tractatores: cũ in hoie vno cuius vniuersam aiam bonã quẽdam paradisum esse senserũt: duo ista requirerent: virum mentem: mulierem vero dixisse corpis sensum. Et ꝑm hanc aũt distributionẽ qua vir ponit mens: sensus vero corporis mulier: vident apte oia cõuenire: si cõsiderata tractent. nisi q; in oñibus bestijs et volatilib⁹ scriptũ est. Non esse inuentũ viro Gen. 2.
adiutoriũ simile illi: ꝛ tunc est ei mulier facta de latere. Propter qõ ego non putaui ꝑ mulierem sensum corpis esse ponendũ: quẽ videmus nobis ꝛ bestijs esse cõmunẽ: sed aliquid volui qõ bestie non haberent: sensumq; corporis magis p serpente intelligendũ existimaui: qui legit sapientior oibus pecorib⁹ terre. In eis q̃pe naturalib⁹ bonis: que nobis ꝛ Gen. 3.
irrõnalibus aĩalibus videmus esse cõmunia viuacitate quadã sensus excellit: nõ ille de q̃ scriptũ est in epla: que est ad hebreos: vbi legitur: pfectoz esse solidũ cibũ. qui p illũ habi Heb. 5
tũ exercitatos habent sensus ad sepandum bonũ a malo. Illi quippe sensus nature rõnalis sunt ad intelligentiã ptinentes. sed iste sensus q̃ est quinq̃pertitus in corpe. p quem non solũ a nobis. verũetiã a bestijs corpalis
s. Lor. ij. species motusq; sentit. Sed siue isto siue illo siue aliquo alio modo accipiendũ sit: qõ apostolus. virũ dixit imaginẽ ꝛ gloriã dei: mulierem aũt gloriam viri. apparet tñ cum scõm deum viuimus: mentẽ nostram in inuisibilia eius intentã: ex eius eternitate: veritate: caritate proficienter debere formari. Quidaz vero rõnalis intentionis nostre: hoc est eiusdẽ mentis in vsum mutabiliũ corporaliumq; rerum: sine quo hec vita non agit dirigendũ non vt confirmemur huic feculo finem ꝓstitu Roma. 12
endo in bonis talib⁹: ꝛ in ea de torquẽdo beatitudinis appetitũ: sed vt quicq̃d in vsu tẽporaliũ rationabiliter facimus: eternoz adipiscendoz contemplatione faciamus: p ista transeuntes: illis inherentes.

Jn que officia propria sapientia ꝛ scientia dei dantur. La. XIIII

h Habet eñ ꝛ scientia modum suũ bonum: si quod in ea inflat vt inflare assolet: eternoz caritate vincatur: q̃ non inflat: sed vt scimus edificat. Sine scientia quippe nec virtutes ipse quib⁹ recte viuit pñt haberi: p quas hec vita misera sic gubernatur: vt ad illã que vere beata est perueniatur eternam. Distat tñ ab eternorum contẽplatione actio qua bene vtimur temporalibus reb⁹: ꝛ illa sapientie: hec scientie deputatur. Quis eñ ꝛ illa que sapientia est: possit scien
s. Thi. 13 cit. Nunc scio ex parte. tunc autem cognoscã

sicut ⁊ cognitus sum: quã scientiã ꝓfecto contemplatõis dei vult intelligi: qõ sctõꝝ erit ꝑmiũ summũ: tñ vbi dicit. Alij dat̃ per spiritum sermo sapientie: alij sermo scie ſm eundẽ spiritum: hec vtiqꝫ duo sine dubitatione distinguit: licet nõ ibi exꝓlicet quid interſit vñ possit vtrũqꝫ dinosci. Clerũ scripturarũ sanctarum multiplicẽ copiã scrutatus: inueni scriIob.28 ptũ esse in libro iob: eodẽ sctõ viro loquente Ecce pietas est sapiẽtia: abstinere aũt a malis est scia. In hac differentia intelligenduꝫ est ad cõtemplationẽ sapientiã: ad actionem sciam ꝑtinere. Pietatẽ quippe ĩ loco posuit dei cultũ: que grece dicit theosebia. Nã hoc verbum habet istã sententiã in codicib⁹ grecis. Et quid est in eternis excellẽti⁹ qꝫ deus cuius solius immutabilis est natura? Et qs cultus eius: nisi amor eius: quo nũc desideramus eum videre: credimusqꝫ ⁊ speram⁹ nos esse visuros: ⁊ quantũ ꝑficim⁹ videmus nũc ꝑ speculũ in enigmate: tunc aũt in manifestaj. Cor. 13 tione. Hoc est enim qõ ait apostolus paul⁹: Fa1. Joh. 3. cie ad faciẽ. Hoc etiã qõ ioannes. Dilectissimi nunc filij dei sum⁹: ⁊ nõdũ apparuit quid erim⁹: scimus cũ apparuerit: similes ei erim⁹ qm̃ videbim⁹ eũ sicuti est. De his atqꝫ huiusJob.28. modi: sermo ipe mihi videt̃ esse sermo sapiẽtie. Abstinere aũt a malis qm̃ iob scientiam dixit esse: reruꝫ ꝓculdubio temporalium est. Quoniã scõm tempus in malis sumus: a quibus abstinere debemus: vt ad illa bona eterna veniam⁹. Quorem quicqd prudenter forititer: temperanter ⁊ iuste agimus: ad eam pertinet scientiã siue disciplinã qua in euitãdis malis: bonisqꝫ apetendis actio nostra verꝫ imitanda: ⁊ ꝓpter quarũcũqꝫ reruꝫ q̃ nostris accõmodata sunt vsibus necessaria documenta: hiſtorica cognitione colligim⁹. De his ergo sermo cum sit: eum scientie sermonẽ puto discernendũ a sermõe sapientie: ad quã ptinẽt ea que nec fuerũt nec futura sũt sed sunt: ⁊ ꝓpter eternitatẽ in qua sunt ⁊ fuisse ⁊ esse ⁊ futura esse dicunt: sine vlla mutabilitate tempor. Nõ em̃ sic fuerũt vt esse desinerẽt: aut sic futura sunt quasi nũc non sint sed idipm̃ esse ſp habuerũt: ſp habitura sunt. Manent aũt non tanqꝫ in spacijs locorũ fixa veluti corpa: sed in natura incorpali: sic intelligibilia ꝑsto sunt mentis aspectib⁹: sicut ista in locis visibilia vel cõtrectabilia corpis sensibus. Non aũt solũ rerꝫ sensibiliũ in locis positarꝫ sine spacijs localibus manẽt intelligibiles incorporalesqꝫ rõnes: verũetiã motionũ in temporibus transeuntiũ: sine tẽporali trãsitu stant etiam ipe vtiqꝫ intelligibiles insensibiles: ad quas entis acie puenire paucor⁹ cẽ. Et cum puenit̃: q̃tũ fieri põt: non in eis manet ipe peruentor: sed veluti acie ipa reuerberata repellit̃: ⁊ fit rei nõ transitorie transitoria cogitatio. Quã tñ cogitatio transiẽs ꝑ disciplinas quibus erudit̃ animus: memorie cõmendat̃: vt sit quo redire possit: que cogitat̃ inde transire: q̃us si ad memoriã cogitatio non rediret: atqꝫ qõ cõmendauerat ibi inueniret: velut rudis. ad hoc sicut ducta fuerat duceret̃: idqꝫ inueniret: ⁊ vbi primũ inuenerat. in illa scilicet incorporea veritate: vñ rursus quasi descriptũ in memoria figeret̃. Neqꝫ em̃ sicut manet verbi gra quadrati corpis ĩ corporalis ⁊ incõmutabilis ratio: sic in ea manet hois cogitatio: si tñ ad eã sine phantasia spacij localis potuit puenire. Aut si alicuius artificiosi ⁊ musici sani ꝑ moras tpis transeũtis numerositas cõprehendat̃: sine tpe stans in quodã secreto altoqꝫ silentio: tamdiu saltẽ cogitare põt q̃diu põt ille cantus audiri: tam qõ inde rapuerit: ⁊ si trãsiens mentis aspect⁹ ⁊ quasi glutiẽs in ventrẽ: ita ĩ memoria reposuerit: poterit recordãdo quodãmõ ruminare: ⁊ in disciplinam qõ sic didicerit traijcere. Quod si fuerit oĩmoda obliuione deletũ: rursus doctrina duce ad id vniet̃ qõ penitus exciderat: ⁊ sic inueniet̃ vt erat.

De opinione platonis qua credidit aĩas aliam vitam priusqꝫ corporibus induerentur habuisse. Capitulum. XV.

Vade plato ille pbs nobilis ꝓsuadere cognatus est virisse hic aĩas boĩm: ⁊ anteqꝫ ista corpa gererent. ⁊ hinc eẽ q̃ ea que discuntur: reminiscunt̃ potiꝫ cognita q̃ cognoscũt̃ noua. Retulit em̃ puerũ quẽdam nescio quid de geometria interrogatuꝫ sic respondisse: tanqꝫ esset illius peritissimus discipline. Gradatim quippe atqꝫ artificioseĩterrogatus: videbat qõ videndũ erat: diceꝫbatqꝫ q̃d viderat. Sed si recordatio hec esset rerũ antea cognitarũ: non vtiqꝫ oẽs vl̃ pene oẽs cum illo mõ interrogarent̃: hoc possent. Non em̃ oẽs in priore vita geometre fuerunt cum tam rari sunt in genere humano: vt vix possit aliquis inueniri. Sed potius credẽdũ est mentis intellectualis ita cõditam esse naturã: vt rebus intelligibilibus naturali ordine disponente conditore subiũcta: sic ista videat in quadã luce sui generis incorpea: quẽ admodũ oculus carnis videt. que in hac corporea luce circũadiacẽt cui⁹ lucis capax eiqꝫ

congruens est creatus· Non em̃ t ipse ideo si
ne magistro alba t nigra discernit: qz ista iam
nouerat añq̃ in hac carne crearet· Deniq̃
cur ō sol reb⁹ intelligibilib⁹ id fieri pōt· vt bñ in
terrogatus q̃q̃ respondeat qō ad quãq̃ pti
net disciplinã: etiã se eius ignar⁹ est: Cur hoc
facere de rebus sensibilib⁹ nullus pōt: nisi q̃s
isto vidit in corpe cōstitutus: aut eis q̃ nouerant indicantib⁹ credidit: seu lr̃is: cuiusq̃ seu
verbis: Non em̃ acq̃escendū est eis q̃ samiuz
pytagorã ferunt recordatuz fuisse talia non
nulla q̃ nō fuerat expertus: cū hic alio tã fuisset in corpe t alios nōnullos narrãt alij: ciusmodi aliq̃d in suis mentib⁹ passos: quas falsas fuisse mẽorias: quales plerũq̃ exprimur i
somnis: q̃n nobis videmur reminisci q̃si egerimus aut viderim⁹ qō nec egim⁹ oĩno nec vidim⁹: t eo mō affectas esse illoz mentes etiaz
vigilantiũ instinctu spirituũ malignoz: atq̃
fallaciũ: quib⁹ cure est de reuolutionib⁹ aiaz
falsam opinionẽ: ad decipiẽdos hoĩes firmare vel serere· Et hoc conĵci pōt: qz si vere illa
recordarent̃ que hic in alijs antea positi corporibus viderãt: multis ac pene oĩbus id cõ
tingeret: q̃n quidẽ vt de viuis mortuos: ita ō
mortuis viuos: tanq̃ de vigilantib⁹ dormientes: t de dormiẽtibus vigilantes sine cessatione fieri suspicant̃· Si ergo hec est sapientie t
scientie recta distinctio: vt ad sapiẽtiã ptineat eternaz rerum cognitio intellectualis: ad
sciam vero tpaliũ reruz cognitio rõnalis· q̃d
cui p̃ponendũ siue post ponendũ sit: non ẽ dif
ficile iudicare· Si aũt alia est adhibenda discretio qua dinoscant̃ hec duo: que pculdu-
j·Loz·jz bio distare ap̃s docet dicens: Alij dat̃ quidẽ
p spiritũ sermo sapiẽtie: alij sermo scie scõm
eũdẽ spiritũ· Tñ etiã istoz duoz que nos posuimus euidentissima differẽtia est: q̃ alia sit
intellectualis cognitio eternarum rerum:
alia rõnalis tpaliũ: t huic illam p̃ponendam
esse ambigit nemo· Relinquẽtibus itaq̃ nobis ea que exterioris sunt hoĩs: t ab eis que
cõmunia cũ pecoribus habemus introrsum
ascendere cupientibus: anteq̃ ad cognitõez
rerũ intelligibiliũ atq̃ summaz que sempiterne sunt veniremus: temporaliũ rerũ cognitio rationalis occurrit· Etiã in hac igit̃ in
ueniamus si possumus aliquã trinitatem: sicut inueniebamus in sensibus corporis: t in
his que per eos in aiam vel spiritũ nostrum
imaginabiliter intrauerũt: vt p corpalib⁹ rebus
q̃s corpeo forĵ positas attigim⁹ sensu: int⁹ corpoz similitudines haberemus impssas memorie: ex quib⁹ cogitatio formaretur tertia
voluntate vtrũq̃ iũgente: sicut formabatur
foris acies oculoz quã voluntas vt visio fieret adhibeat rei visibili: t vtrũq̃ iũgebat etiam illic ipa se admouens tertiã· Sed non ẽ h̃
coartandũ in hunc libz̃ũ: vt in eo qui sequit
si deus adiuuerit conuenienter possit inquiri: t quod inuentũ fuerit explicari·

Explicit liber duodecimus·

Incipiunt capla libri decimitertij·

j De gemino rationalis mentis officio q̃
rum vnum ad temporalia: aliud pti
net ad eterna·

ij De fide que licet per corporis sensũ mẽ
te concepta sit: nihil tamen inueniẽ
tur habere corporeum·

iij De voluntate quam t singuli propriaz
t omnes etiã non indicatam possũt
habere communem·

iiij De beatitudine quã oẽs vna voluntate expetunt: sed non eadez omnes
diffinitione nouerunt·

v An omnes beati sint qui viuunt vt volunt·

vj Proprioz esse beatitudini voluntatẽ
rectam etiam non adeptam q̃ cupit: q̃ prauam etiam si quod concupiuit obtinuit·

vij Adveram beatitudinẽ viam esse p fidẽ
rectã sine qua nulla cuiq̃ possit fortitudo prodesse·

viij Perfectã beatitudinẽ nisi in eterna vita esse non posse·

ix An eternitatis capax sit hũana natura·

x An alio modo omnipotens deus hominez eternitati debuerit reformare: q̃ vt sibi deus filius naturaz vniret humanam·

xj Qua rõne in sanguine xpi iustificentur
credentes: t quõ in hoc sacramento totius sit trinitatis opatio

xij Quo merito homo diabolice sit traditꝰ
potestati·

xiij De cõsilio dei quo ei placuit vt potestas
diaboli non potentia: sed iustitia vinceretur·

xiiij De omniuz debito p nihil debentẽ christum soluto·

xv Jn q̃ sit diabolus victus a christo·

xvj Ad quã vtilitatẽ fideliũ renatoz mala
que per originale pctm̃ sunt contracta conuersa sint·

xvij De his que per incarnationez xpi sunt collata credentib⁹.
xviij De natiuitate domini ex maria virgine z spiritusancto
xix Qz verbū caro factum qđ est xp̄s iesus et sapientie thesauros in se habeat et scientie.
xx Neminem posse sine fide ad veram beatitudinē peruenire

Aurelij Augustini episcopi de trinitate liber tredecimus incipit

De gemino rationalis mentis officio. quorum vnum ad temporalia. aliud pertinet ad eterna. Caplm̄ I.

In libro supiore hui⁹ opis duodecimo satis egimus discernē rōnalis mentis officiū in tpalib⁹ rebus. vbi nō sola ꝓgnitio. verum z actio nr̄a versat ab excellētiore eiusdē mentz officio: qđ ꝓtemplādis eternis reb⁹ impendit ac sola ꝓgnitione fruit. Cōmodi⁹ aūt fieri puto: vt de scripturis sanctis aliqđ interseram: q̄ facilius possit vtrūqz dinosci. Euāgeliū suū Joh. j. ioannes euāgelista sic exordsus ē. In ꝓncipio erat verbū: z verbū erat apud deū: z ds erat verbū: hoc erat in ꝓncipio apud deū: oia p ipsuz facta sunt: z sine ipo factū est nihil. Qđ factū est in ipo vita erat. z vita erat lux hoim: z lux in tenebris lucet: z tenebre eā nō ꝓphēderūt Fuit hō missus a deo cui nomē erat Johes: hic venit in testimoniū: vt testimoniū phiberet de lumine: vt oēs crederēt p illū. Nō erat ille lux sed vt testimoniū phiberet de lumīe. Erat lux vera que illuminat oēm hoiem venientē in hunc mundū. In mūdo erat: z mundus per ipm fact⁹ est: z mundus eū non cognouit. In ppria venit z sui eum non receperūt. Quot quot aūt receperunt eū: dedit eis potātē filios dei fieri: his qui credūt in nomine eius. Qui nō ex sanguinibus neqz ex voluntate carnis neqz ex voluntate viri: sed ex deo nati sunt. Et verbū caro factū est z habitauit in nobis. Et vidimus gloriā eius: gloriā quasi vnigeniti a patre: plenū gratie z veritatis. Hoc totū qđ ex euāgelio posui: in ꝑcedentibus suis partibus habet qđ immutabile ac sempiternū est cui⁹ cōtemplatio nos beatos facit. In consequentibus vero: pmixta cū tpalib⁹ cōmemorauī eterna. Ac p hꝫ aliqua ibi ad scientiā pti Ubi. s. nēt: aliq̄ ad sapiam: sicut in libro duodecimo ꝑcessit nostra distinctio. Nā in principio erat verbum. z verbum erat apud deum: z deus erat vbū: hoc erat in ꝓncipio apud deū. Oia p ipa facta sūt: z sine ipo factū est nihil: quod factum est in ipo vita erat: et vita erat lux hominū. z lux in tenebris lucet. et tenebre eaz non comphenderūt. Cōtemplatiuā vitā requirit z intellectuali mente cernendū ē. Qua in re q̄tomagis q̄sqz pfecerit: tanto fiet sine dubitatione sapiētior. hꝫ ꝓpter id qđ ait. Lux lucet in tenebris. z tenebre eā non ꝓprehenderūt: fide vtiqz opus erat q̄ crederē qđ nō videtur. Tenebras q̄pe intelligi voluit auersa ab hui⁹ luce eamqz min⁹ idonea ꝓueri corda Ubi. s. mortaliū. ꝓpter qđ adiūgit z dicit. Fuit hō missus a deo cui nomen erat iohes. hic venit i testimoniū vt testimoniū phiberet de lumine vt oēs crederēt p illū. Hoc iam tpaliter gestū est. et ad sciam ptinet que cognitione historica continetur. Hoiem autem iohānē in phantasia cogitamus que de humane nature notia impressa est nostre memorie. Et hoc eodē mō cogitāt. siue qui ista non credūt siue q̄ credunt. Utrisqz em̄ notū est quid sit homo cui⁹ exteriorem ptem. i. corpus p corporis lumina didicerunt. Interiorē vero. i. animam in seipsis. q̄z tipi hoies sunt: z p humanam ꝓuersationem cognitam tenent: vt possint cogitare qđ dicitur. Fuit homo cui nomen erat iohannes. quia et nomina sciunt loquendo et audiendo. Quod autem ibi est: missus a deo: fide tenent qui tenent. Et qui fide non tenēt: aut dubitatione ambigunt: aut infidelitate derident. Utrisqz tamen si non sunt ex numero nimis insipientium: qui dicunt in corde suo: nō Ps. 52. ē ds: hec audiēres vba vtrisqz cogitāt: z q̄d sit ds. z q̄d sit mitti a deo z si ñ sic res se habēt certe sicut valent. Fidē porro ipam quā videt q̄sqz in corde suo si credit. vel nō esse si non credit: aliter nouimus: non sicut corpa que videmus oculis corporeis z p ipor imagies quas memoria tenemus: etiā absentia cogitamus nec sicut ea q̄ non vidimus z ex his q̄ vidim⁹ cogitatione vtcūqz formamus z memorie cōmendamus: quo recurramus cum voluerimus: vt illic ea vel potius qualescunqz imagines cor quas ibi fiximus similiter recordatione cernamus Nec sicut hoiem viuū cui⁹ animam etiā si nō videm⁹ ex nr̄a conijcimus. et ex motibus corpalibus hoiem viuū sicut videndo didicimus intuemur etiaz cogitando Nō sic vr̄ fides in corde ī q̄ ē ab eo cui⁹ ē: hꝫ eaz tenet certissima scia: clamatqz ꝓscia. Cū itaqz ꝓpterea credē iubeamur. q̄z id qđ credē iubemur videē nō possum⁹: ipaz tñ fidē qñ inē i nob videmus in nob. q̄z z rez absentiū pñs ē fides z rez que foris sunt intus est fides: z rez que non videntur videtur fides: z ipa tamen tpa-

liter fit in cordibus hoim. Et si ex infidelibus fideles fiũt: perit ab eis. Aliqñ aũt ꝛ reb⁹ falsis ccõmodat fides: loqmur eñ sic vt dicamus habita est ei fides ꝛ decepit. Qualis fides: si tñ ꝛ ipa dicẽda ẽ fides: nõ culpabilit de cordib⁹ perit: qñ ea inuẽta vitas pellit: optabilit ãt rex verax in easdẽ res fides transit. Mõ enim dicendũ est perit: qñ ea q credebant videtur Nunqd eñ adhuc fides dicẽda ẽ cuz diffinita
Hebꝛ.jj. sit in epla ad hebꝛ. fides: dictũqꝫ sit eã esse con-
Job.j. iunctionẽ rex q nõ videnꝫ: Deinde qõ sequitur. Hic venit in testimoniũ: vt testimoniũ phiberet de lumine vt oẽs crederẽt p illũ: actõ vt dixi talis est. Taliter eñ testimoniũ phibetur etiã de re sempiterna qõ est intelligibile lumen. De q vt testimoniũ phiberet venit
Ubi.s. iohes q nõ erat lux: s vt testimoniũ phiberet de lumie. Adiũgit eñ. Erat lux vera q illuminat oẽm hoiem venientẽ in hunc mundũ: in mũdo erat: ꝛ mũdus p ipm factus ẽ: ꝛ mũd⁹ eũ nõ ꝓgnouit. In ppria venit ꝛ sui eũ non receperũt. Hec verba oia q latinã linguã sciunt ex rebus intelligũt qs nouerunt. Quax aliq nob innotuerũt p corpis sensus sicut hõ: sicut ipe mũdus: cui⁹ tam euidentẽ magnitudinẽ cernimus: sicut corũdem vboꝝ soni. Nam et auditus sensus ẽ corpis. Aliq aũt p animi rõ-
Ubi.s. nem sicut id qõ dictũ est. Et sui eũ nõ receperunt. Intelligit eñ: nõ in eũ crediderũt. Qõ qd sit: nullo corpis sensu: s animi rõne cognouimus. Iporꝝ etiã vboꝝ non solũ sonos sed significationes ptim p corpis sensum: ptim per animi rõez didicim⁹ nec ea vba nũc pmũ audiuimus s q iam audieram⁹. Et nõ solũ ipa: verũ etiã q significarent cognita memoria tenebamus: ꝛ agnouim⁹. Hoc eñ nomẽ dissillabũ cum dicit mundus: qñ sonus est: res vtiqꝫ corpalis p corpus innotuit i paurem: s etiam qõ significat p corpus innotuit i p oculos carnis. Mũdus quipe inqtũ notus est videntibus notũ est. Ad h verbũ qttuor sillabax qõ est crediderũt: sono suo qñ corpus ẽ: p aurez carnis illabit. Qõ aũt significat: nullo corporis sensu s animi rõne cognoscitur. Misi enim quid sit crediderũt p animũ nossemus: nõ intelligeremus qd nõ fecerint illi: de qb⁹ dictũ
Ubi.s. est. Et sui eũ nõ receperũt. Sonus ꝧ verbi forinsecus instrepit auribus corpis: ꝛ attingit sensum q vocatur auditus. Spẽs qꝫ hominis ꝛ in nobis ipis nota est. ꝛ forinsecus i alijs adest corpis sensibus oculis cum videt: auribus cũ auditur: tactui cũ tenetur ꝛ tangitur. Habet etiam in memoria nostra imaginem suaz incorpalẽ quidẽ: sed corpi similẽ. Mundi denicꝫ ipius mirabilis pulchritudo forinsec⁹ posto est: ꝛ aspectib⁹ nostris ꝛ ei sensui q ꝛ tact⁹ si qd eius attingim⁹. Habet etiã int⁹ i memoria nra imaginẽ suã: ad quã recurrim⁹: cũ cuz vel septi parietib⁹ vel etiã in tenebris cogitamus. Sed de his imaginib⁹ rerũ corpaliũ incorpalib⁹ qdẽ habentib⁹ tñ similitudies corpoꝝ: ꝛ ad vitã exteriozis hois ptinentib⁹: iaz satis in vndecimo libzo locuti sum⁹. Nunc autem agimus de hoie interiore ꝛ eius scia: eaque rex est tempaliũ ꝛ mutabiliũ: in cui⁹ intẽtione cum assumit aliqd: etiã de reb⁹ ad exteriorẽ hoiem ptinentibus: ad hoc assumendũ ẽ vt aliqd inde doceat qõ rõnalẽ adiuuet scientiã. Ac p hoc rex quas cões cum aiantib⁹ irrõnalibus habemus: rõnalis vsus ad interiorẽ hoiez ptiet: nec recte dici põt cũ irrõnalibus aiantib⁹ cum nobis esse cõmunem.

De fide q licet p corpis sensum mente concepta sit: nihil tamen inuenitur habere corporeum. Capitulum. II.

Jdes vero de qua in hoc libzo aliqñ
f diutius disputare certa dispositiõis nre rõne cõpellimur: quã qui hñt fideles vocanꝫ: qui non hñt infideles: sicut hi
Job.j. q venientẽ in ppria dei filiũ nõ receperũt: qꝫ uis ex auditu in nobis facta sit. Non tñ ad eũ sensum corpis ptinet q appellat auditus: qñ non est sanus. nec ad oculos hui⁹ carnis: qñ nõ est color aut corpis forma. nec ad eũ q dicitur tactus: qñ corpulẽtie nihil habet. nec ad vllũ sensum corpis: qñ cordis res ista nõ corpis: nec fortis est a nobis: sed in intimis nris nec eam quisqꝫ hoim videt in alio: sed vnusqsqꝫ in semetipo. Denicꝫ põt ꝛ simulatione confingi: ꝛ putari esse in quo non est. Si iam igitur quisqꝫ fidem apud seipm videt: in altero aũt credit esse eam non videt: ꝛ tanto firmius credit: qzto fructus eius magis nouit ꝙs operari solet fides per dilectionem. Qobrẽ omnibus de quibus euangelista subiungit et dicit. Quotquot receperunt eum: dedit eis Ibidem.
potestatem filios dei fieri: his qui credunt in nomine eius: q non ex sanguinibus: necꝫ ex voluntate carnis: necꝫ ex voluntate viri: s ex deo nati sunt. Fides ista cõmunis ẽ: nõ sicut aliqua corpis forma cõmunis est ad videndũ omniũ oculis quibus presto est (Ex ipsa quippe vna omniũ cernentiũ quodãmodo informaꝫ aspectus) sed sicut dici põt oibus hoibus esse facies humana cõmunis. Hã hoc ita dicitur: vt tñ singuli suas habeãt. Ex vna sane doctrina impressam fidem credentium cordib⁹ singulorũ qui hoc idem credunt verissime di

cimus· Sed aliud ſunt ea que creduntur· aliud fides qua creditur· Illa quippe in rebꝰ ſũt q̃ vł eſſe vel fuiſſe vel futura eſſe dicunt· Ꝯ autem in aĩo credẽtis eſt: ei tñ ꝓſpicua cuius eſt q̃uis ſit ⁊ in alijs nõ ipa ſed ſilis· Nõ eñ numero eſt vna: ſ̃ genere· ꝓpter ſilitudinẽ tñ ⁊ nulla diuſitatꝫ magꝫ vnã dicimꝰ eẽ q̃ młtas· Nã ⁊ duos hoĩes ſimillimos cũ videmus: vnã faciem dicimus: ⁊ miramur amboꝝ· Facilꝫ ita q̃ dicit̃ multas aias fuiſſe ſingulas vtiq̃ ſingulos: de q̃bus legimus in actibus apłoꝝ· q̃ Actꝫ·4 eis fuerit anima vna: q̃ vbi dixit apłus· Vna Epĥe·4 fides· tot eas audet quiſq̃ dicere q̃t fideles· Bar·ſſ· Et tñ qui dicit: O mulier magna eſt fideſ tua Ibidẽ·ſ4 et alteri· Nodice fidei quare dubitaſti: ſuam cuiq̃ eſſe ſignificat· Sed ita dicit̃ eadem credentiũ fides vna: quẽadmodũ eadem volentiũ voluntas vna: cum ⁊ in ipis q̃ hoc idez volunt ſua volũtas ſic cuiq̃ conſpicua: alterius aũt lateat: q̃uis idem velit· Et ſi aliquibus ſignis ſeſe indicet: creditur potius q̃ videtur Vnuſ quiſq̃ aũt ſui animi ꝓſcius non credit vtiq̃ hanc eſſe ſuã: ſ̃ plane quider volũtatem

De voluntate quam ⁊ ſinguli ꝓpriã ⁊ oẽs etiã nõ indicatã pñt hr̃e cõem· Ca·III·

St quedam ſane eiuſdem nature vi
e uentis ⁊ rõne vtentis tanta conſpiratio: vt cum lateat alterũ quid alter velit: nonnulle tamen ſint volũtates omniũ etiam ſingulis note· Et cum quiſq̃ hõ neſciat quid homo alius vnus velit: in quibuſdam rebus poſſit ſcire quid oẽs velint· Vnõ illa cuiuſdam mimi facetiſſima ꝓdicaꝫ vbanitas· Qui cum ſe ꝓmiſiſſet in theatro q̃d in animo haberent ⁊ quid vellent: omnes: alijs ludis eſſe dicturũ: atq̃ ad diem conſtitutum ingenti expectatione maiorꝫ multitudo confluereꝫ: ſuſpenſis ⁊ ſilentibus oĩbus dixiſſe ꝓhibetur· Vile vultus emere: ⁊ care vendere In quo dicto leuiſſimi ſcenici oẽs tñ conſciẽtias inuenerũt ſuas: eiq̃ vera aĩ oculos omnium ꝓſtituta: ⁊ tñ imꝓuiſa dicenti admirabili fauore plauſerũt· Cur aũt tam magna expectatio facta eſt illo ꝓmittente oĩm volũtatem ſe eſſe dicturꝫ: niſi quia latent hominem alioꝝ hominum volũtates· ſed nunq̃d iſta latuit iſtũ: Nunq̃d quẽq̃ latet· Qua tãdẽ cã ni ſi q; ſ̃ quedã q̃ ſ̃ incõuenienter in alijs deſe quiſq̃ cõficiat: cõpatiẽte vł ſpirãte vitio ſeu natura: Sed aliud eſt videre volũtatẽ ſuã: aliud (q̃uis certiſſima ꝓiectura) cõfiere alienã Nam ꝓditam romam tam certũ habeo in rebus humanis q̃ ꝓſtantinopolim: cũ romã viderim oculꝫ meis: de illa vero nihil nouerim niſi q̃ alijs teſtibus credidi· Et minus quidez illeꝫ vł ſeipz ituẽdo· vel alios q̃ experiẽdo: vili velle emere: ⁊ care vẽdere: oĩbus id credidit eſſe cõmune· Sed qñ reuera vitiũ eſt: põt q̃ſ q̃ adipiſci eiuſmodi: vel alicuius alteriꝰ vitij q̃ hui cõtrariũ eſt incurrẽ peſtilentiã q̃ huic reſiſtãt ⁊ vincat· Naz ſcio ipe hominẽ cum venalis coder ei fuiſſet oblatus: pciq̃ eius ignaz ⁊ ideo quiddam exiguũ poſcẽtem cerneret venditorẽ: iuſtũ ꝓciũ qõ młto ampliꝰ erat: nec opinanti dediſſe· Quid ſi etiã ſit q̃ſq̃ nequicia tanta poſſeſſus: vt vili vendat q̃ dimiſerũt parentes: ⁊ caro emat q̃ ꝓſumãt libidines: Nõ eſt vt opinor incredibilis iſta luxuries. Etſi querañ tales repiantur: aut etiam non queſiti fortaſſis occurrant: qui nequicia maiore q̃ theatrica ꝓpoſitioni vel ꝓnunciationi theatrice inſultent: magno pcio ſtupra emendo: paruo autẽ rura vẽdendo· Largitionis etiam gratia nouimus quoſdã emiſſe frumenta carius: ⁊ vilius vendidiſſe ſuis ciuibus· Illud etiã qõ verꝰ poeta dixit· Ennius: omnes mortales ſeſe laudari exoptãt: pfecto ⁊ de ſeipo ⁊ de his quos expertus fuerat cõiecit in alijs: ⁊ videtur ꝓnunciaſſe hominũ omniũ volũtates· Deniq̃ ſi ⁊ minus ille dixiſſet: laudari oẽs vultis: nemo vł̃m vult vituparі: ſilꝫ qõ eſſet omniũ volũtatis dixiſſe videt̃· Sunt tamen qui vitia ſua oderint ⁊ in q̃bus ſibi diſplicent ipi: nec ab alijs ſe laudari velint: gratiaſq̃ agant obiurgantiũ beniuolentie: cum iõ vituparantur vt corrigãtur· Atſi dixiſſet: omnes beati eſſe vultis: miſeri eẽ nõ vultis: dixiſſet aliquid qõ nullus in ſua non agnoſceret voluntate· Quicq̃d eñ aliud q̃ſq̃ latenter velit: ab hac voluntate que omnibus hominibus ſatis nota eſt: non recedit·

De beatitudine quam omnes vna voluntate expetunt: ſed non eadem omnes diffinitione nouerunt· Capitulum·IIII·

Jrum eſt autẽ cũ capeſcẽde atq̃ re
m tinẽde beatitudinis volũtas vna ſit oĩum vnde tanta exiſtat de ipa beatitudine rurſus varietas atq̃ diuerſitas voluntatum· Nõ q̃ aliquis eam nolit: ſed q̃ nõ oẽs eã norit Si eñ oẽs eã noſſent: nõ ab alijs putareꝫ eẽ in ⁊trute ai· alijs ĩ corpis voluptate· alijs in vtraq̃ ⁊ alijs atq̃ alijs· alibi atq̃ alibi: Ut cñ eos queq̃ res maxime delectauit· ita in ea ꝓſtituerũt vitã beataz· Quõ igit̃ feruẽtiſſime amãt oẽs· qõ nõ oẽs ſciũt: q̃s ꝑt amare qõ neſcit: Sicut iã de hac re ĩ libris ſupioribꝰ diſputaui· Cur ergo beatitudo amaꝫ ab oĩbus: nec tñ ſcitur ab oĩbus: An forte ſci

unt oēs ipa q̄ sit: ꝙ nō oēs sciūt vbi sit: ⁊ inde cōtentio est. Quasi vero de aliq̄ mūdi hui⁹ agaſ loco: vbi debeat quisq̄ velle viuere: q̄ vult beate viuē: ac nō ita q̄raſ vbi sit beatitudo sicut q̄riſ q̄ sit. Nam vtiq̄ si in corpis voluptate est: ille beatus est: qui fruiſ corpis voluptate. Si in virtute aī ille qui hac fruiſ Si in vtraq̄: ille q̄ fruiſ vtraq̄. Cū itaq̄ ali⁹ dicit: beate viuere est voluptate corpis frui. Alius aūt beate viuē est ꝟtute animi frui: nō ne aut ambo nesciūt q̄ sit beata vita. aut non ambo sciūt: Quō g̃ amāt eā si nemo pōt amare qđ nescit: An forte falsum est qđ ꝑ verissimo certissimoq̄ posuim⁹: beate viuē oēs homines velle: Si ei beate viuē est (ꝟbi gratia) ſm animi ꝟtutē quō beate viuē vult: q̄ hoc nō vult: Nōne veri⁹ dixerimus. hō iste non vult beate viuē: q⁹ nō vult ſm ꝟtutē viuē: qđ solus est viure e: Nō igiſ oēs beate viuere volunt imo pauci ꝟ volūt: si nō est beate viuē nisi ſm ꝟtutē animi viuē: qđ multi nolūt. ita ne falsus erit. Cū nec ipis academicis cum oia dubia sint: academicus ille cicero dubitauit: q̄ cum vellet in hortēsio dialogo ab aliq̄ re certa ꝺ q̄ null⁹ ambigeret sumē sue disputatiōis exordiū. Beati certe inq̄t oēs esse volum⁹: absit vt ꝟ ſm esse dicam⁹. Quid igiſ: an dicenduz est etiā si nihil sit aliud btē viuē: q̄ ſm ꝟtutem animi viuē: tñ ⁊ q̄ ꝟ nō vult: beate vult viuere: Mimis quidē ꝟ videſ absurdū. Tale ē em ac si dicam⁹: Et q̄ nō vult beate viuē: btē vult viuere. Iſtā repugnātiā q̄s audiat: q̄s ferat ⁊ tñ ad hāc ꝓtrudit necessitas. Si ⁊ oēs btē velle viuē verū est: ⁊ non oēs sic volunt viuere: q̄ modo solum viuitur beate: verum est.

An oēs btī sint q̄ viuūt vt volūt. Ca. V.

A forte illud est qđ nos ab his angustijs possit erucre: vt quoniam diximus ibi quosq̄ posuisse beatam vitā qđ eos maxime delectauit: vt voluptas epicuꝝ: virtus ꝛenonem: sic al iū aliquid aliud. nihil dicamus esse beate viuere: nisi viuē ſm delectationē suam: ⁊ ideo falsum nō cē: q⁹ omnes beate viuere velint: q⁹ omnes ita volūt: vt quēq̄ delectat. Nam ⁊ ꝟ populo si ꝓnunciatum esset in theatro: omnes id in suis volūtatibus inuenirent. Sed hoc q̄ cicero cum sibi ex aduerso ꝓposuisset: ita redarguit: vt q̄ hoc sentiant: erubescant. Ait em. Ecce autez non philosophi quidem: sed prompti tamen ad disputandum: omnes aiunt esse beatos: q̄ viuant vt ipi velint: hoc est qđ nos diximus: vt quosq̄ delectat. Sed mox ille subiecit: falsum id quidem. Velle em quod non deceat: idip̄m miserrimum est. Nec tam miserum est non adipisci qđ velis: q̄ adipisci velle qđ non oporteat: p̄clarissime omnino atq̄ verissime. Quis nanq̄ ita sit mente cecus: ⁊ ab omni luce decoris alienus: ac tenebris dedecoris inuolutus: vt eum qui nequiter viuit ac turpiter ⁊ nullo prohibente: nullo vlciscēte: ⁊ nullo saltem reprehendere audente: insuper ⁊ laudātibus plurimis (quoniam sicut ait scriptura diuina: Laudatur peccator in desideriis anime ſue: ⁊ qui iniqua gerit benedicitur) ipleat omnes suas facinorasissimas: ⁊ flagitiosissimas voluntates: ideo beatum dicat: quia viuit vt vult: cum profecto q̄uis ⁊ sic miser est: minus tamen esset si nihil eorum que perperam voluisset habere potuisset: mala em voluntate vel sola quisq̄ miser efficitur: sed miserior potestate: qua desiderium male volūtatis impletur. Quapropter quoniam verum est q⁹ omnes homines esse beati velint: idq̄ vnum ardentissimo amore appetant: ⁊ ꝓpter hoc cetera quecunq̄ appetunt: nec quisq̄ pōt amare qđ oīno quid vel quale sit nescit: nec pōt nescire qđ sit qđ velle se scit: sequiſ: vt oēs beatam vitam sciant. Omēs aūt beati habent quod volunt: q̄uis nō omnes q̄ habent qđ volunt cōtinuo sint beati. Cōtinuo aūt miseri qui vt nō habent qđ volunt: vel id habent qđ nō recte volunt. Beatus igitur non est nisi q̄ ⁊ habet omnia que vult: ⁊ nihil vult male.

Psa. 9.

Priorem esse beatitudini voluntatem rectam etiam non adeptam quod cupit q̄ praua etiam si quod concupiuit obtinuit.

Capitulum. VI.

Cm ergo ex his duobus beata vita
c constet: atq̄ omnibus nota: omnibus cara sit: quid putemus esse cause: cur horum duorum quando vtrūq̄ nō possunt magis eligant homines: vt omnia que volunt habeant: q̄ vt omnia bene velint etiā si non habeant An ipa est prauitas generis humani: cum eos non lateat: nec illum beatum esse qui quod vult non habet: nec illum q̄ qđ male vult habet: sed illū qui ⁊ habet quecunq̄ vult bona: ⁊ nulla vult mala: ex his duob⁹ quibus beata vita pficitur q̄ vtrūq̄ non datur: id eligatur potius. vnde mag⁹ a beata vita receditur. Longius quippe ab illa est qui cunq̄ adipiscitur male concupita: q̄ qui non adipiscitur concupita: cum potius eligi debuerit voluntas bona atq̄ preponi: etiam non adepta que appetit. Propinquat enim beato: qui bene vult quecunq̄ vult: et que adeptus cum fuerit beatus erit. Et vtiq̄ non

mala sed bona beatũ faciunt: qñ faciunt q̃rũ bonorũ habent aliquid iam: idq̃ nõ pui estimandum: eamq̃ ipam scz voluntatem bonã qui de bonis quorũ capax est humana natura: nõ de vllius mali ꝓpetratione vel adepti one gaudere desiderat: ⁊ bona qualia in hac misera vita esse pñt: prudenti: tempanti: forti: ⁊ iusta mente sectaf: ⁊ q̃tũ daf assequitur vt etiã in malis sit bonus: ⁊ finitis malis oĩbus atq̃ impletis bonis oĩbus sit beatus.

Ad veram beatitudinem viam esse per fidem rectam sine qua nulla possit cuiq̃ fortitudo prodesse. Ca. VII

a Ꝓ hoc in ista mortali vita errorib⁹ erũnisq̃ plenissima: p̃cipue fides ẽ necessaria: qua in deũ credit. Non eñ quecũq̃ bona: maximeq̃ illa quibus q̃q̃ fit bonus: ⁊ illa q̃bus fiet beat⁹. Q̃ nisi a deo in hominẽ veniant: ⁊ homini accedant iueniri potest. Cũ aũt ex hac vita ab eo q̃ in his miserijs fidelis ⁊ bon⁹ ẽ ventũ fuerit ad beatã: tunc erit vere qõ nũc esse nullo modo potest: vt sic hõ viuat: quõ vult. Nõ eñ volet male viuere in illa felicitate: aut volet aliq̃d quod deerit: aut deerit qõ voluerit. Quicq̃d amabit aderit: nec desiderabit qõ nõ aderit oĩe qõ ibi erit: bonũ erit: ⁊ summ⁹ deus sũmum bonũ erit: atq̃ fruendũ amantibus ꝑsto erit: ⁊ quod est oĩno beatissimũ ita sempер forẽ certũ erit. Nunc vero fecerunt quidam sibi philosophi sicut eorum cuiq̃ placuit vitas beatas suas: vt quasi ꝓpria virtute possent: quod cõmuni mortaliũ conditione nõ poterant: sic scz viuere vt vellent. Sentiebant eñ aliter btm̃ cẽ neminẽ posse nisi habendo qõ vellet: ⁊ nihil patiendo qõ nollet. Quis aũt nõ qualẽcũq̃ vitã qua delectatur (⁊ ideo beatã vocat) vellet sic esse in sua potestate vt eam posset habere ꝓpetuam: ⁊ tamen quis ita est: quis vult pati molestias q̃s fortiter toleret: q̃uis eas velit possitq̃ tolerare si patit. Quis velit in tormentis viuere: etiã qui põt in eis ꝑ patientiã tenendo iusticiam laudabiliter viuere. Transitura cogitauerunt hec mala q̃ ea ptulerunt vel cupiendo habere: vel timẽdo amittere qõ amabant: siue nequiter siue laudabiliter. Nã multi p trãsitoria mala: ad mansura fortiter tenderunt. Qui ꝓfecto spe beati sunt: etiã cum sunt in transitorijs malis: ꝑ que ad bona nõ transitoria pueniunt. Sed qui sic spe beatus ẽ: nõdũ beatus ẽ. Expectat nãq̃ ꝑ patientiã beatitudinem quã nõdũ tenet. Qui vero sine vlla spe tali: sine vlla tali mercede cruciaf quãtãlibet adhibeat tolerantiã: nõ est beat⁹ veraciter: ſ miser fortiter. Neq̃ eñ ꝓptera miser nõ est: quia miserior esset. ⁊ si impatienter miseriã sustineret. Porro si ista nõ patitur que nollet pati in suo corpe: nec tunc q̃dem beat⁹ hũdus est: qñ nõ viuit ⁊ vult. Vt eñ alia omittã que corpe illeso ad animi ptinent offensiones: sine q̃bus viuere velimus ⁊ sunt innumerabilia: vellet vtiq̃ si posset ita saluum ⁊ in colume habere corpus: ⁊ nullas ex eo pati molestias: vt id haberet in ptãte: aut in ipsius incorruptione corpis: qõ q⁹ non habet: ac pendet in incerto: pfecto nõ viuit vt vult. Quis eñ ꝑ fortitudinẽ sit parat⁹ excipere ⁊ equo ferre animo q̃cq̃d aduersitaf accidерit: mauult tñ vt nõ accidat: ⁊ si possit facit: atq̃ ita paratus est in vtrũq̃ vt q̃tũ in ipso est alterũ optet: alterq̃ vitet: ⁊ si qõ vitat incurrerit: ideo volens ferat: quia fieri non potuit quod volebat. Nec oꝑimaf ergo: sustinet: sed premi nollet. Quõ g̃ viuit ⁊ vult: an quia volens fortis est ad ferenda q̃ nollet illata? Jõo igif id vult qõ põt: qñ qõ vult nõ põt. Hec est tota (vtrũ ridenda: an potiꝰ miseranda) supborũ beatitudo mortalium: gloriantiũ se viuere vt volunt: quia volẽtes patient ferunt que accidere sibi nolũt. Hoc eñ aiunt quod sapienter dixit Terentius. Terẽti⁹ in andria
Qñ nõ põt id fieri qõ vis: id velis qõ possis. Cõmode h̃ dictũ eẽ q̃s negat? Sz ꝓsiliũ ẽ datũ misero: ne esset miserior. Beato aũt (quales se esse oẽs volũt) nõ recte nec vere dicit: nõ põt fieri qõ vis. Si eñ btũs ẽ: q̃cq̃d vult fieri põt: q⁹ nõ vult qõ fieri ñ põt. Sz nõ ẽ mortalitatis huiꝰ h̃ vita: nec erit nisi qñ ⁊ imortalitas erit. q̃ si nullo mõ dari hoi posset frustra ẽt btitudo q̃reref: q⁹ sine imortalitate ñ pt eẽ.

Perfectam beatitudinem nisi in eterna vita esse non posse. Ca. VIII.

c Cm g̃ beati esse oẽs hoies volunt: si vez volũt ꝓfecto ⁊ esse imortales volũt. Aliter eñ beati esse nõ pñt. Denicq̃ ⁊ õ imortalitate interrogati sicut ⁊ de beatitudine oẽs eam se velle rñdent. Sz q̃liscunq̃ btitudo q̃ potiꝰ vocef q̃ sit in hac vita q̃rif imo vero fingif. dũ immortalitas despaf. sine q̃ vera beatitudo eẽ ñ põt. Ille q̃pe btẽ viuit (qõ iam supius dixim⁹ ⁊ astruẽdo sat⁹ firim⁹) qui viuit vt vult nec male aliquid vult. Nemo autez male vult imortalitatẽ si eius humana capax est deo donante natura. Cuius si capax non est. nec beatitudinis capax est. Vt ei homo beate viuat. oportet vt viuat. Quem porro morientem vita ipsa deserit. Bea-

ta vita cū illo manere que pōt? Cur aūt deserit aut nolentē deserit, pculdubio aut volentem: aut neutrum. Si nolentē quō beata vita est: q̄ ita est in voluntate vt non sit in potestate? Cūq; beatus nemo sit aliq̄d volendo nec habendo: quāto minus est beatus q̄ nō honore: nō possessione: nō qualibet alia re: sed ipsa beata vita nolens deseriē: qñ ei nulla vita erit? Vnde ꝛ si nullus sensus relinq̄t quo sit misera: ꝓpterea ēm beata vita discedit: qñ tota vita discedit. Miser est tñ q̄diu sentit: quia scit se nolentē cōsumi: ꝓpter qō cetera ꝛ qō p̄ceteris diligit. Nō igiē pōt vita ꝛ beata esse: ꝛ nolentem deserere: quia beatus nolens nemo fit: ac p hoc q̄tomagis nolentem deserendo miserū facit. Si aūt volētem deserit: etiā sic quō beata erat: quā pire voluit qui habebat? Restat vt dicant neutq̄ esse in animo beati. id est. eum deseria beata vita: cū per mortē deserit tota vita: nec nolle: nec velle: ad vtrūq; ēm paratꝛ equo animo consistere. Sed nec ista beata est vita: q̄ talis est: vt quē beatū facit: amore eius indigna sit. Quō ēm est beata vita quā nō amat beatus? Aut quō amat: qō vtrum vigeat: an pereat indifferēter accipiē? Nisi forte virtutes quas ꝓpter solā beatitudiuē sic amamus psuadere nobis audent: vt ipam beatitudinem nō amem⁹? Quod si faciunt: etiā ipsas vtiq; amare desistimus: quādo illā ꝓp̄ quaz solam istas amauimus: nō amam⁹. Deinde quō erit: vera illa tam pfecta: tām exanimata: tam eliquata: tā certa sententia: btōs eē oēs hoīes velle si ipsi qui iam beati sunt: beati esse nec nolunt nec volunt? Aut si volunt vt veritas clamat: vt natura cōpellit: cui sūme bonus ꝛ imutabiliter beat⁹ creatꝛ indidit hoc. Si volunt inquā beati esse qui beati sunt: beati vtiq; nō esse nolūt. Si autē beati nō esse nolūt: pꝛoculdubio nolūt cōsumi ꝛ perire quod beati sunt: nec nisi viuentes beati esse pūt. Nolūt igiē perire qō viuūt. Immortales ergo esse volunt: quicūq; vere beati vt sunt vel esse cupiunt. Nō aūt viuit beate: cui nō adest qō vult. Nullo modo igiē eē poterit vita veraciter beata: nisi fuerit sempiterna. Hanc vtrū capiat humana natura: quam tñ desiderabilem confitet: non pua questio est. Sed si fides assit que ineſt eis quibus dedit
Joh. j. ptātē iesus filios dei fieri: nulla questio est.

An eternitatꝭ pax sit hūana nā. La. IX.

b Umanis quipe argumentatiōib⁹ hec inuenire conātes: vix pauci magno pꝛediti ingenio: abundantes ocio: doctrinisq; subtilissimis eruditi: ad indagandā solius anime īmortalitatem pueni re potuerunt. Cui tñ anime beatā vitā nō inuenerūt stabilem. id ē verā. Ad miserias eā quipe vite hui⁹ etiā post beatitudinem redire dixerunt. Et q̄ eoꝝ de hac erubuerūt sententia: ꝛ animā purgatā in sempiternā beatitudinē sine coꝛpe collocandā putauerunt: talia de mundi retrorsus eternitate sentiūt vt hanc de anima sententiā suā ipi redarguant. Qō hic longū est demonstrare: sed in libro duodecimo de ciuitate dei: satis a nobis est q̄tū arbitror explicatū. Fides aūt ista totum hoīem īmortalem futurū: qui vtiq; constat ex anima ꝛ coꝛpore: ꝛ ob hoc vere beatū nō argumentatione humana: sed diuina auctoꝛitate ꝓmittit. Et ideo cū dictum esset in Joh. j euangelio: q̄ Jesus dederit potestatem filios dei fieri his qui eū receperūt: ꝛ q̄d sit recepisse eum: breuiter fuisset expositum: dicēdo credētibus in nomine eius: quoq; modo filij Ibidem fierēt dei: cētq; aductū: q̄ nō ex sanguinib⁹ neq; ex volūtate carnis: neq; ex volūtate viri: ꝙ ex dō nati sūt: ne ista hoīm quā videm⁹ ꝛ gestam⁹ infirmitas tantā excellentiā despeꝛaret: illico annexū est: ꝛ verbū caro factū est Ibidem ꝛ habitauit in nobis: vt a cōtrario suaderet q̄ incredibile videbat. Si ēm natura dei filius ꝓpter filius hominū misericoꝛdia factꝰ Ubi. s ē hominis filius. hoc ē ēm: verbū caro factuz ē ꝛ habitauit in nobis hominibus: quāto est credibiliꝰ natura filios hominis: gratia dei filios dei fieri: ꝛ habitare in deo: in quo solo: ꝛ de quo solo esse possunt beati ꝓcipes immortalitatis eius effecti: ꝓpter qō psuadēdum dei filiꝰ ꝓticeps nostre mortalitatis effectus est.

An alio modo omnipotens deus hominē eternitati debuerit reformare q̄vt sibi deus filius naturam vniret humanā. La. X

e Os itaq; q̄ dicūt ita ne defuit deo modus alius quo liberaret homies a miseria mortalitatis huius vrvni genitum filiū deū sibi coeternum hominem fieri vellet induendo humanam animam et carnem: mortalemq; factū mortem perpeti parum ē sic refellere: vt istū moduz quo nos p mediatoꝛē dei ꝛ hominū: hominē christum Jesum deus liberare dignatur: asseram⁹ bonum ꝛ diuine congruum dignitati: verūetiam vt oñdam⁹ nō aliū modū possibilē deo fuisse cui⁹ ꝓti cūcta equaliꝛ subiacēt. Sz sanā de nostre miserie cōueniētioꝛē modū alium nō fuisse: nec esse opoꝛtuisse. Quid enim tā

necessariū fuit ad erigendam spem nostram mentesq; mortaliū cōditione ipius mortalitatis abiectas ab imortalitatis despatione liberādas: q̄ vt demonstrarek nob q̄ti nos pēderet deus: q̄tūq; diligeret: Quid ẋo h⁹ rei tanto isto iudicio manifestius atq; p̄clari⁹: q̄ vt dei filius imutabiliter bonus: in se manēs qđ erat: ⁊ a nob ⁊ p nob accipiens qđ nō erat p̄eter sue nature detrimentū nr̄m dignatus est mire p̄sortiū p̄us sine vllo malo suo merito mala nostra p̄ferret: ac si iam credētib⁹ q̄tum nos diligat deus: ⁊ qđ despabam⁹ iam spantibus dona in nos sua sine vllis bonis meritis nostris: imo p̄cedentibus ⁊ malis meritis nostris in debita largitate p̄ferret: q⁹ ⁊ ea q̄ dicūtur merita nr̄a dona sunt eius. Tit eñ fidel⁹ dilectionē opetur: caritas dei diffusa est i cordibus nostris p spm̄sctm̄ q̄ dat⁹ est nob. Tūc est aūt datus qñ est iesus resurrectione clarificat⁹. Tūc eñ eū se missurū esse p̄misit ⁊ misit: q⁹ tūc sicut de illo scriptū est ⁊ ante p̄dictū Ascēdit in altū: captiuauit captiuitatē: dedit dona hoibus. Hec dona sunt merita nr̄a: quibus ad summū bonū imortalitatis ⁊ beatitudinis gueninus. Cōmendat aūt inq̄t ap̄ls caritatē suā ds in nobis: qm̄ cū adhuc peccatores essemus: xp̄us p nob mortuus est. Multomagis iustificati nūc in sanguine ip̄i⁹: salui erimus ab ira p ip̄m. Adhuc addit ⁊ dicit. Si eñ cū inimici essemus recōciliati sum⁹ deo p mortem filij eius: multomagis recōciliati salui erimus in vita ip̄ius. Quos peccatores dixit p̄us: hos posterius inimicos dei. ⁊ q̄s p̄us iustificatos in sanguine iesu x̄pi: eos posteri⁹ recōciliatos p mortem filij dei. Et q̄s p̄us saluos ab ira p ip̄m: eos postea saluos in vita ip̄ius. Nō ergo ante istam grām quoquo mō peccatores: sed in talibus peccatis fuimus vt inimici essemus dei. Supius aūt quidē apostol⁹ nos peccatores ⁊ inimicos dei duobus idētidem noibus apellauit: vno velut mitissimo: alio plane atrocissimo dicēs. Si eñ x̄pus cum infirmi essem⁹ adhuc iuxta t̄ps p impijs mortuus est. Quos infirmos eosdē impios nūcupauit. Leue aliquid videtur infirmitas: ⁊ aliq̄n talis est vt impietas nominet. Nisi tñ infirmitas esset medicū necessariū nō haberēt. qui est hebraice iesus: grece sother. nostra autem locutione saluator. Qđ verbū latina lingua antea nō habebat ⁊ habere poterat: sicut potuit q̄n voluit. Hec aūt ap̄li snia p̄cedēs vbi ait. Adhuc cum infirmi essemus iuxta temp⁹ p impijs mortuus est: coheret his duabus sequentibus quaruz in vna dixit peccatores: in alia inimicos dei: tanq̄ illis singulis reddiderit singula. Pctōres ad infirmos: inimicos dei referens ad impios.

Qua ratione in sanguine christi iustificentur credentes: ⁊ quō in hoc sacramento tot⁹ trinitatis sit operatio. Ca. XI

Ed quid ē iustificati in sanguine ipsius? Que vis est sanguinis hui⁹ obsecro: vt in eo iustificenk credētes? Et q̄d est recōciliati p mortē filij eius? Ita ne ẋo cū irasceretk nobis de⁹ pater: vidit mortez filij sui p nobis: ⁊ placat⁹ est nobis? Nūquid ḡ fili⁹ eius vsq; adeo nob iam placatus erat: vt p nobis etiā dignaretk mori: pater ẋo vsq; adeo ad huc irascebatk: vt nisi fili⁹ p nobis moreretk nō placaretk? Et q̄d est q̄ alio loco idē ipse doctor gentiū. Quid inquit ḡ dicemus ad hec? Si deus p nobis: q̄s cōtra nos? Qui p̄pio filio nō pepcit: ꝫ p nobis oīibus tradidit illum. Quō nō etiā cū illo oīa nob donauit? Nūquid nisi iam placatus esset pater: p̄pio filio nō p̄cens p nob eū traderet? Nōne videk hec illi velut aduersa esse sententia? In illa morik p nobis filius: ⁊ recōciliak nobis pater per mortē eius In hac aūt tanq̄ p̄ior nos dilexerit pater: ip̄e p̄pter nos filio nō p̄cit: ip̄e p nobis eu⁹ tradit ad mortem. Sed video q⁹ ⁊ antea pater dilexit nos: nō solū anteq̄ p nobis filius moreretk: sed anteq̄ conderet mundū: ip̄o teste apostolo qui dicit: Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionē. Nec filius patre sibi nō p̄cente p̄o nobis velut inuitus est traditus: quia ⁊ de ipso dictū est. Qui me dilexit ⁊ tradidit semetipsum p̄o me. Oīa ḡ simul ⁊ pater ⁊ filius et amboz̄ spiritus pariter ⁊ cōcorditer opank: tamen iustificati sumus in christi sanguine: et recōciliati sumus deo p mortem filij eius. Et quō id factū sit: vt potero etiā hic q̄tū satisvidebitur explicabo.

Roma. 8

Ephe. j

Gal. 2

Quo merito homo traditus sit diabolice potestati. Ca. XII

Uadā iustitia dei i potestatē diaboli traditū est genus humanuz: peccato primi hominis in oīes vtriusq; sex⁹ cōmunione nascētes originaliter transeunte ⁊ parētū primoz̄ debito vniuersos posteros obligante. Hec traditio p̄ius in genesi significata est: vbi cū serpenti dictū esset. Terram manducabis: homini dictū est. Terra es ⁊ in terrā ibis. Eo qđ dictū est: in terraz ibis: morscorpis p̄enūciata est: quia nec ipsaz fuerat experturus si p̄mansisset vt factus est rect⁹. Qđ ẋo viuenti ait. Terra es: ostendit totū hoiem in deterius cōmutatum. Tale ē eñ: terra es:

Gen. 3

Ibidem

Ubi. s.

Geñ·6· quale iſtud· Non ꝓmanebit ſpūs meus in hominibus iſtis qñ caro ſunt· Tūc ꝙ demōſtrauit eū et traditū cui dictū fuerat terrā mādu-
Ed hec oīa que dixi: t quecūq; alia simili more locutionis humane digne de deo dici videnť: t vniuerse trinitati que est vnus deus: t psonis singulis in eadem trinitate pueniūt. Quis em̄ vel vnū deum q̄ est ipsa trinitas: vel patrem vel filium vel spm̄sanctū audeat dicere: aut nō viuentē aut nihil sentientē vel intelligentez: aut in ea natura qua inter se p̄dicanť: equales quenq; esse eoz mortalē siue corruptibilē: siue mutabilē siue corporeū: aut quisq; ibi neget aliquē potentissimū: iustissimū: speciosissimū: optimū: beatissimū? Si ergo hec atq; hmōi oīa t ipsa trinitas t in ea singuli dici possunt: vbi aut quō trinitas apparebit: redigamus itaq; p̄us hec plurima ad aliquā paucitatem. Quc vita em̄ dicit in deo: ipsa est essentia eius atq; natura. Non itaq; deus viuit nisi vita q̄ ipse sibi est. Hec aūt vita non talis est: qualis ineſt arbori: vbi nullus est intellectus: null⁹ est sensus: nec talis qualis ineſt pecori habet em̄ vita pecoris sensum q̄nquiptitū: sed intellectū habet nullū. At illa vita q̄ deus est sentit atq; intelligit oīa: t sentit mente nō corpe: q: spūs est deus. Non aūt sicut alia q̄ hñt corpa: per corpus sentit aīa. Non em̄ ex aīa p̄stat t corpore. Ac p hoc simplex illa natura sicut intelligit sentit: sicut sentit intelligit. Idēq; sensus q̄ intellectus est illi. Nec ita vt aliq̄n esse desistat aut ceperit. Immortalis est em̄: nec frustra de illo dictū est q̄ solus habeat īmortalitatē. Nam īmortalitas eius vere īmortalitas ē: in cuius natura nulla est cōmutatio. Ipsa est etiā vera eternitas q̄ est īmutabilis deus sine initio: sine fine p̄seq̄nter t incorruptibil. Tm̄ ergo eadēq; res dicit siue dicat eternus deus siue īmortalis: siue incorruptibilis: siue īmutabilis. Itēq; cū dicit viuēs t intelligēs: q̄ ē vtiq; sapiens: hoc idē dicit. Non em̄ pcipit sapiaz q̄ sit sapiēs: ꝙ ipse sapia est. Et hec vita eadēq; virtus siue potētia. eadēq; spēs q̄ potens atz speciosus dicit. Quid em̄ potentius t speciosius sapia: que attingit a fine vsq; ad finē fortiter: t disponit oīa suauiter? Bonitas etiam atq; iusticia nūq̄d inter se in natura dei: sicut in eius opibus distāt tāq; due diuerse sint q̄litates dei: vna bonitas: alia iusticia? Nō vtiq; Sed q̄ iusticia ipsa bonitas: t q̄ bonitas ipa beatitudo. Incorpalis aūt vel incorporeus. iō & deus: vt spūs credat: vel intelligat esse nō corp⁹. Proinde si dicamus: eternus: īmortalis: incorruptibilis: īmutabilis: viuus: sapiēs: potens: speciosus: iustus: bonus: btūs spūs: horū oīm nouissimū q̄ posui: quasi tm̄mō videt significare substantiā: cetera vo huius substātie q̄litates: sed nō ita est in illa ineffabili simpliciq; natura. Quicq̄d em̄ fm̄ q̄litates illi dici videt: fm̄ substantiā vel essentiā est intelligendū. Absit em̄ vt spūs fm̄ substantiā dicat deus: t bonus fm̄ q̄litatē: ꝙ vtrūq; fm̄ substātiā. Sic oīa cetera q̄ cōmemorauimus: vnde in supioribus libris multa iam diximus. De q̄ tuor igit p̄mis que modo a nobis enumerata atq; digesta sunt. id est eternus: īmortalis: incorruptibilis: īmutabilis: vnū aliquid eligamus: quia vnū quatuor ista significant: sicut iam disserui: ne p multa distendat intentio: t illud potius q̄ positū est p̄us. id est eternus. hoc faciamus t de quatuor secūdis que sunt viuus: sapiēs: potens: speciosus. Et q̄m̄ vita qualicūq; ineſt t pecori cui sapientia nō ineſt duo vero ista sapiētia scz atq; potentia ita sūt inter se in homine compata: vt sancta scriptura diceret. Melior est sapiens q̄ fortis. Speciosa porro etiam corpora dici solent. Tm̄uz ex his quatuor quod eligimus: sapiens eligatur. Cuius hec quatuor in deo nō inequalia dicenda sint. Nota em̄ quatuor: res autem vna est. De tercijs vero vltimis quatuor q̄uis in deo idem sit iustum esse quod bonū: quod beatum esse. Idēq; spiritū esse: quod iustum t bonū t beatum esse. tamen quia in hominibus potest esse spiritus nō beatus: potest t iustus et bonus nondū beatus. Qui vero beatus est: p̄fecto t iustus t bonus t spūs est: hoc potiꝰ eligamus quod nec in hoibus esse sine illis tribus pōt q̄ est beatus.

Sap. 8.

Sap. 6.

1. Thi. 6

Quō etiam si vnū aliquid eligatur ex multis qō digne appelletur deus: in ipa vna appellatiōe trinitas deitatis possit itelligi. La. VI

Uncigit cū dicimus etern⁹: sapiēs beat⁹: hec tria sunt trinitas que appellat deus. Redigamus quidē illa duodecim in istā paucitatē triū: ꝫ co mō forsitan possum⁹ et hec tria in vnū aliqd hoz. Nā si vna eadēq res in dei natura pōt esse sapiētia ⁊ potentia: aut vita ⁊ sapiētia: cur nō vna eadēq res esse possit in dei natura eternitas ⁊ sapientia: aut beatitudo ⁊ sapiētia. Ac p hō sicut nihil intererat vtrū illa duodecim: an ista tria diceremus: qñ illa multa in istam redigimus paucitatem. Ita nihil interest vtruz tria ista dicamus an illud vnū in cuius singularitate duo cetera sint redigi posse monstrauimus. Quis itaq disputādi modus: q nā tandē vis intelligendi atq potentia q viuacitas rōnis: q acies cogitationis ostendet: vt alia iam taceam: hoc vnū qō sapiētia dicitur deus: quomodo sit trinitas? Neq em sicut nos de illo p cipimus sapiam ita deus de aliquo sed sua est ipe sapientia. qz non est aliud sapientia eius. aliud essentia: cui hoc est esse qō sapientē esse. Dicitur quidem in scripturis sanctis: christ⁹ dei virtus ⁊ dei sapientia. Sed quemadmodum sit intelligendū ne patrem filius videat facere sapientē: in libro. vij. disputatuz est. Et ad hoc ratio quenit: vt sic sit filius sapientia ō sapientia: quēadmodū lumen de lumine de⁹ de deo. Nec aliud potuim⁹ inuenire spūsanctū: nisi ⁊ ipm esse sapientiaz: ⁊ simul oēs vnā sapientiam: sicut vnū deū: vnā essentiā. Hanc ergo sapiētiā qō est deus: quō intelligim⁹ esse trinitatē non dixi quō credimus (nam hoc inter fideles nō debet habere qōem) sed si aliq mō p intelligentiam possumus videre qō credimus quis iste erit modus. Si em recolam⁹ vbi nostro intellectui ceperit in his libris trinitas apparere: octauus occurrit. Ibi quippe vt potuimus disputādo erigere temptauim⁹ mentis intentiōem ad intelligendā illam prestantissimam imutabilem naturaz qō nostra mens non est. Quā tñ sic intuebamur: vt nec longe a nobis esset: ⁊ supra nos esset: nō loco sed ipa sui venerabili mirabiliq pstantia: ita vt apud nos esse suo pñti lumine videret. In qua nobis adhuc nulla trinitas apparebat. qz nō ad eā querendā in fulgore illo firmam mētis aciem tenebamus: tantū qz non erat aliq moles vbi credi oporteret magnitudinē duorum vel triū plus esse q vnus: cernebam⁹ vt cuiq. Sed vbi ventū est ad caritatē que i sancta scriptura deus dicta est: eluxit paululū trinitas. i. amans: ⁊ qō amatur: ⁊ amor. Sed qa lux illa ineffabilis nostrū reuerberabat obtutum: ⁊ ei nondū posse cōtemperari infirmitas: ad ipi⁹ nostre mentis fm quā factus est hō ad imaginē dei: velut familiariorē psideratione reficiēde laborātj itentiōis cā: iter ceptū dispositūq reflexim⁹. Et inde in creatura qō nos sumus. vt inuisibilia dei p ea q facta sunt cōspicere intellecta possemus: imo rati sumus a. ix. vsq ad. xiiij. librū. Et ecce iam q̄tum necesse fuerat: aut forte plusq necesse fuerat: exercitata in inferioribus intelligentia: ad summā trinitatem q deus est pspiciendaz nos erigere volumus nec valem⁹. Non em sicut certissimas vidimus trinitates: siue q forinsecus de reb⁹ corpalibus fiunt: siue cū eaipa q forinsec⁹ sensa sunt cogitant: siue cū illa q oriuntur in animo nec ptinent ad corpis sensus: sicut fides: sicut virtutes q sunt artes agēde vite: manifesta rōne cernūtur ⁊ scientia cōtinent: siue cū mens ipa qua nouimus quicqd nosse nos veraciter dicimus sibi cognita est: vel se cogitat siue cū aliqd qō ipa nō est eternū atq imutabile pspicit. Non q sicut in his oīnibus certissimas vidimus trinitates: qz in nobis fiunt vt in nobis sunt: cū ista meminimus aspicimus: volumus: ita videmus etiā trinitatē deū. qz ⁊ illic intelligendo pspicimus tanq dicentem: ⁊ verbū ei⁹: id est pfem ⁊ filiū atz inde pcedē tem caritatē vtriusq cōmunem scz spūsctū. An trinitates istas ad sensus nostros: vel ad animū ptinentes videmus potius q credim⁹ deū vero esse trinitatē credim⁹ potius q videmus? Qō si ita est: pfecto aut inuisibilia ei⁹ p ea q facta sunt nulla intellecta pspicimus: aut si illa cōspicimus nō in eis pspicimus trinitatē: ⁊ ē illic qō pspiciam⁹: ⁊ est qō etiā non pspectum credere debeamus. Conspicere autem nos imutabile bonū qō nos nō sum⁹ li. viij. oñdit. ⁊. xiiij. cū de sapia q homini ex deo est loq remur admonuit. Cur itaq ibi non agnoscimus trinitatē. An hec sapientia q deus dicit nō se intelligit: nō se diligit? Quis hoc dixerit aut qs est q nō videat: vbi nulla scia est: nullo mō esse sapiam? Aut vero putandū est sapiētiam q deus est scire alia ⁊ nescire seipam: vel diligere alia: nec diligere seipam: que si dici siue credi stultū ⁊ impium est. Ecce ergo trinitas sapientia scz ⁊ noticia sui ⁊ dilectio sui. sic enim ⁊ in homine inuenimus trinitatem id ē mentem et noticiam qua se nouit: ⁊ dilectionem qua se diligit.

Gen. j

Rom. j

j. Cor. j

j. Joh. 4

Quomodo differat trinitas que inuenit i imagine dei a trinitate q̄ deus est. Ca. VII.

Sed hec tria ita sunt in hoīe: vt nō ipsa sint hō. Hō est eīm vt veteres diffinierūt: aīal rōnale mortale. Ille ergo excellūt in hoīe: nō ipa sunt hō. Et vna psona. i. singulis q̄sq̄ hō hz illa tria in mēte. qō si etiā sic diffiniamus hoīem vt dicam⁹. Hō est suba rōnalis pstans ex aīa ⁊ corpe: nō est dubium: hoīem hr̄e aīam q̄ nō est corpus: habere corpus qō nō est aīa. Ac p hoc illa tria non hō sunt: sed hois sunt vel in hoīe sunt. Detracto etiā corpe si sola anima cogiteť: aliq̄d ei⁹ est mens tanq̄ caput eius vel oculus vel facies: sed nō hec vt corpa cogitanda sunt. Non igitur aīa: sed qō excellit in aīa mens vocatur. Nunq̄d aūt possum⁹ dicere trinitatē sic esse i deo: vt aliq̄d dei sit nec ipa sit deus? Quapropter singulus quisq̄ hō qui nō fm oīa que ad naturā ptinent eius: sed fm solā mentem imago dei ō: vna psona est: ⁊ imago est trinitatis in mente. Trinitas vo illa cui⁹ imago ē: nihil aliud est tota q̄ deus: nihil est tota q̄ trinitas. Nec aliq̄d ad naturā dei ptinet qō ad illā non ptineat trinitatē. Et tres psone sunt vni⁹ eēntie nō sicut singulus q̄sq̄ hō vna psona. Jtēq̄ in hoc magna distantia est: q̄ siue mentē dicamus in hoīe: eiusq̄ noticiā ⁊ dilectionem siue memoriā. intelligētiā: volūtatē: nihil mentis meminimus: nisi p memoriā: nec intelligim⁹: nisi p intelligētiam: nec amamus: nisi p volūtatē. At vo in illa trinitate q̄s audeat dicē patrem nec seipm nec filiū nec spm̄sctm̄ intelligere nisi p filiu: vel diligere nisi p spm̄sctm̄: p se aūt meminisse tm̄mō vel sui vel filij vel spiritussancti: eodemq̄ mō filiū nec sui nec pr̄is meminisse nisi p pr̄em: nec diligere nisi p spm̄ sanctū. p se aūt nō nisi intelligere ⁊ pr̄em ⁊ seipm ⁊ spm̄sctm̄. Sil'r ⁊ spm̄sctm̄ p pr̄em meminisse ⁊ pr̄is ⁊ filij ⁊ sui: ⁊ p filiū intelligere ⁊ patrem ⁊ filiū ⁊ seipm: p se aūt nō nisi diligere et se ⁊ pr̄em ⁊ filiū: tanq̄ memoria sit pater ⁊ sua ⁊ filij ⁊ spūssancti: filius aūt intelligētia ⁊ sua ⁊ pr̄is ⁊ spūssancti. Spūs vero sctūs caritas ⁊ sua ⁊ pr̄is ⁊ filij. Quis hec in illa trinitate opinari vel affirmare p̄sumat? Si eīm solus sibi filius intelligit vt intelligentia sit: ⁊ sibi ⁊ pr̄i et spiritui sancto: ad illā redit absurditatē vt pat̄ non sit sapiēs de seipo: sed de filio: nec sapientia sapiētiam genuerit: sed ea sapia pr̄ dicatur sapiēs esse quā genuit. Vbi eīm nō est intelligentia nec sapia pōt esse: ac p hoc si pater nō intelligit ipe sib: ꝑ filius intelligit patri: profecto filius patrem sapientem esse facit. Et si hō est deo esse qō saperc: ⁊ ea illi essentia est que sapientia: non filius a pr̄e qō verū est: sed a filio potius habet pater essentiā: qō absurdissimū atq̄ falsissimū est. Hanc absurditatē nos in libro septimo discussisse: cōuicisse: abiecisse certissimū est. Est ergo deus pr̄ sapiens: ea q̄ ipe sua est sapia: ⁊ filius sapia pr̄is de sapiētia: ⁊ filius sapia pr̄is de sapia qō est pater de quo genitus est filius. Quocirca cōsequēter est ⁊ intelligens pater ea q̄ ipe sua est intelligētia: neq̄ eīm esset sapiēs q̄ nō esset intelligēs: filiⁿ aūt intelligētia pr̄is de intelligētia genit⁹ qō est pater: hoc ⁊ de memoria nō incōuenienter dici pōt. Quō est eīm sapiens q̄ nihil meminit vel sui nō meminit? Proinde q⁊ sapia pat̄: sapientia filius: sicut sibi meminit pater: ita filiⁿ ⁊ sicut sui ⁊ filij meminit pater: memoria nō filij: sed sua: ita sui ⁊ pr̄is meminit filius memoria nō pr̄is sed sui. Dilectio q̄q̄ vbi nulla ē quis vllam dicat esse sapiam? Ex q̄ colligit ita esse pr̄i dilectiōem suā: vt intelligentiā ⁊ memoriam suā. Ecce ergo tria illa. i. memoria intelligentia dilectio seu volūtas: in illa summa ⁊ immutabili essentia qō est deus: non pr̄ ⁊ filius ⁊ spūssctūs sunt: sed pater solus. Et q⁊ filiⁿ q̄q̄ sapientia est genita de sapia sicut nec pater ei nec spūssctūs intelligit: sed ipe sibi: ita nec pater ei meminit: nec spūssctūs ei diligit: sed ipe sibi. Sua eīm ē ⁊ ipe mēoria: sua intelligētia: sua dilectio. Sed ita se hr̄e de pr̄e illi est de q̄ nat⁹ est. Spūs etiam sctūs q⁊ sapia est ꝓcedēs de sapia: nō pr̄em habet memoriā: ⁊ filiū intelligentiam ⁊ se dilectionē: neq̄ eīm sapia esset si alius ei meminisset: aliq̄ alius intelligeret: ac tm̄mō sibi ipe diligeret. Sed ipe hz hec tria: ⁊ ea sic habet vt h̄ ipa ipe sit. Verūtm̄ vt ita sit: inde illi est vnde ꝓcedit. Quis q̄ hoīm potest istā sapiam q̄ nouit deus oīa: ita vt nec ea que dicunt̄ ꝓterita: ibi ꝓtereāt: nec ea que dicūtur futura. q̄si desint expectent̄ vt veniāt: sed ⁊ ꝓterita ⁊ futura cū pr̄sentib⁹ sint cūcta pr̄sentia: nec singula cogitent̄ ⁊ ab alijs ad alia cogitanda trāseat ꝑ in vno ꝓspectu simul pr̄sto sint vniuersa. Quis inquā hoīm ꝓphendit sapiam eādēq̄ prudentiā: eandemq̄ sciam: q̄n quidem a nobis nec nr̄a ꝓphendunt̄? Ea q̄pe q̄ vel sensibus vel intelligētie nostre assunt: possumus vtcūq̄ ꝓspicē: ea vo q̄ absunt ⁊ tm̄ affuerunt: p mēoriā nouim⁹ q̄ obliti nō sum⁹. Nec ex futuris ꝓterita: sed futura ex ꝓteritis: nō tm̄ firma cognitione cōiicim⁹. Nam q̄sdam cogitatōes nr̄as q̄s futuras velut manifestius atq̄ certi⁹ ꝓximas quasdā ꝓspicim⁹: memoria faciēte id agimus cum agere valemus q̄tum valemus

que ad ea nō videnť q̄ futura sunt: ꝙ ad p̄teri-
ta pertinere. Q̄ō licz experiri in eis dictis vel
canticis: quoꝝ seriē mēoriter reddimus. Nisi
enim p̄uideremus cogitatione qō sequiť: non
vtiqꝫ diceremus. Et tñ vt p̄uideamus: nō pui
dentia nos instruit: ꝙ mēoria. Nam donec fi-
niať oīe qō dicimus: siue canimus: nihil ē qō
nō p̄uisum ꝓspectūqꝫ ꝓferať. Et tñ cū id agi-
mus: nō dicimur ꝓuidenter: ꝙ memoriter ca-
nere vel dicere: ⁊ qui hoc in multis ita ꝓferen
dis valent plurimū: nō solet eoꝝ ꝓuidentia:
ꝙ mēoria p̄dicari: fieri ista in animo vel ab aīo
nostro nouimus: ⁊ certissimi sumus. Quō au
tē fiant: quāto attentius voluerimus aduerte
re: tanto magis noster ⁊ sermo succūbit. ⁊ ipa
nō ꝑdurat intentio: vt ad liquidū aliquid no
stra intelligentia: ⁊ si non lingua pueniat. Et
putamus nos vtrū dei ꝓuidētia eadē sit q̄ me
moria ⁊ intelligentia: q̄ nō singula cogitanda
aspicit: ꝙ vna eterna ⁊ īmutabili atqꝫ ineffabi
li visione complecťť cuncta que nouit: tanta
mentis infirmitate posse comp̄hendere? In
hac igiť difficultate ⁊ angustia libet exclama-
Ps. 138 re ad deum viuū. Adirificata est scientia tua
ex me: inualuit: ⁊ nō potero ad illā. Ex me q̄p
pe intelligo q̄ sit mirabilis ⁊ incōp̄hensibi-
lis scientia tua: qua me feciśti: qñ nec meip̄m
Ps. 38 cōp̄hendere valeo quē feciśti: ⁊ tñ in medi-
tatione mea exardescet ignis vt queraꝫ faciē
tuam semper.

De speculo in quo per imaginē dei trinitas
eius vtcūqꝫ intellecta conspiciť. Ca. VIII.

i Mcorpalem substantiā scio esse sapiē-
tiam: ⁊ lumen esse in quo videnť que
oculis carnalibus videnť: ⁊ tñ vir tā-
j. Cor. 13 tus tanq̄ spiritalis. Videmus nunc inquit p
speculū in enigmate: tunc aūt facie ad faciez
Quale sit ⁊ qō sit hoc speculū si queramus: p
fecto illud occurrit qō in speclo nisi imago nō
cerniť. Hoc ergo facere conati sumus vt per
imaginez hanc qō nos sumus: videremus vt
2. Colo. 3 cūqꝫ a quo facti sumus: tanq̄ p speculū. Hoc si
gnificat etiā illud qō ait idem ap̄lus. Nos aūt
reuelata facie gl̄iaz dñi speculantes: in eandē
imaginē tranſformamur de gl̄ia in gl̄iam tāq̄
a dñi spiritu. Speculantes dixit: p speculū vi-
dentes: nō de specula ꝓspicientes. Quod in
greca lingua nō est ambiguū. vnde in latinaz
translate sunt ap̄lice litterę. Ibi quippe specu
lum vbi aparent imagines rerū a specula de
cuius altitudine longius aliquid intuemur.
etiam sono verbi distat oīno: satisqꝫ aparet
ap̄lm a speculo: nō a specula dixisse: gloriā dñi
Ubi. s. speculantes. Q̄ō vero ait. In eandem imagi
nem trāsformamur: vtiqꝫ imaginē dei vult in
telligi: eandēqꝫ dicens: istā ipaz scz. id est quā
speculamur: qz eadē imago est ⁊ gloria dei: si-
cut alibi dicit. Vir quidē nō debet velare ca- j. Cor. 11
put cū sit imago ⁊ gloria dei. De quibus verō
iam in libro duodecimo disseruimus. Trans-
formamur ergo dixit: de forma in formā mu-
tamur: atqꝫ trāsimus de forma obscura in for-
mā lucidam: qz ⁊ ipsa obscura imago dei est. ⁊
si imago: ꝓfecto etiaꝫ gl̄ia in qua homes creati
sumus: p̄stantes ceteris aīalib⁹. De ipsa q̄pe
natura humana dictū est. Vir quidem nō de- j. Cor. 11.
bet velare caput cū sit imago ⁊ gl̄ia dei. Que
natura in rebus creatis excellentissima: cū a
suo creatore ab impietate iustificať: a deformi
forma formosaꝫ transferť in formā. Est quipe
⁊ in ipsa impietate ꝑtomagis dānabile vitiū
tanto certius natura laudabilis. Et ꝓpter ꝫ
addidit. De gloria in gloriā. de gloria creatio
nis in gloriā iustificationis. Quis possit hoc
⁊ alijs modis intelligi qō dictū est. De gloria
in gloriā. de gloria fidei in gloriam speciei. de
gloria qua filij dei sumus. in gloriā qua similes
ei erimus: qm̄ videbimus eū sicuti est. Q̄ō ve- j. Joh. 3
ro adiunxit. Tanq̄ a dñi spū: ostendit gratia
dei nobis ꝓferri tam optabilis transformatio 2. Cor. 3.
nis bonum.

De enigmate ⁊ tropicis locutionibus.

Ec dicta sunt ꝓpter Caplm. IX.
h quod ait ap̄lus: nunc p speculuz nos
videre. Quia vō addit. in enigmate
mult⁹ hoc incognitū est q̄ eas litteras nesciūt
in q̄bus est doctrina q̄dam de locutionū mo-
dis quos greci tropos vocant: eoꝝqꝫ greco vo
cabulo etiam nos vtimur ꝓ latino. Sicut em̄
schemata vsitatius dicimus q̄ figuras: ita vsi
tatius dicimus tropos q̄ modos. Singulorū
aūt modoꝝ siue tropoꝝ noia: vt singula singu
lis referanť: difficillimū est ⁊ insolentissimū la
tine enūciare. Vnde q̄dam interp̄tes nostri:
qō ait ap̄lus q̄ sunt in allegoria: nolentes gre
cū vocabulū ponere: circūloq̄ndo interp̄tati Gal. 4
sunt dicentes: que sunt aliud ex alio signific̄a-
tia. Huius aūt tropi. id est allegorie ꝑtes sunt
species. in quibus est etiaꝫ qō dicitur enigma
Diffinitio aūt ipsius nois generalis: oēs etiā
species cōplectať necesse est. Ac per hoc sicut
nois equus aīal est. nō oīe aīal equus est: ita
oīe enigma allegoria ē: nō nois allegoria eni-
gma ē. Quid ḡ est allegoria nisi tropus vbi ex
alio aliud intelligiť q̄le illud ē ad thessalonicē
ses. Itaqꝫ nō dormiam⁹ sic ⁊ ceteri: ꝙ vigilem⁹ j. Thes. 5
⁊ sobrij sim⁹. Nā q̄ dormiūt nocte dormiūt ⁊ q̄
inebriať nocte ebrij sunt. Nos autē qui diei

sumus: sobrij simꝰ. Sed hec allegoria: non est enigma. Nã nisi multũ tardis iste sensus iprõptu est. Enigma est aũt vt breuiter explicem
Prou. 30 obscura allegoria: sicut est. Sãguisuge erant tres filie: t quecũq; similia. Sed vbi allegoriã noiauit apls: nõ in verbis cã reperit. sed in facto: cũ e duobꝰ filijs abrae: vno de ancilla: altero de libera: qõ nõ dictũ sed etiã factũ fuit: duo testamẽta intelligẽda monstrauit: qõ anteq; exponeret obscurũ fuit; pinde allegoria talis quod est generale nomẽ posset specialit enigma noiari. Sed q; non soli q eas litteras nesciũt quibꝰ discũctropi q̃rũt qđ dixerit apls nunc in enigmate nos videre: verũ etiaz qui sciunt: tñ quod sit illud enigma vbi nũc videmus nosse desiderãt. ex vtroq; iueniẽda vna
f. Lox. 13. est sentẽtia. t ex illo. s. q; ait: Videmus nũc p speculũ: t ex illo qõ addidit: in enigmate Vna
Vbi. s. est eñ cum tota sic ór: videmus nũc p speculũ in enigmate; pinde q̃tuz mihi videt sicut nomine speculi imaginẽ voluit intelligi: ita nomine enigmatis q̃uis similitudinẽ: tñ obscuram: t ad pspiciẽdũ difficilẽ. Cũ igit speculi t enigmatis noie quecũq; similitudies ab apostolo significate intelligi possunt: q̃ accommodate sunt ad intelligenduz deum: eo mõ quo põt: nihil tñ ẽ accõmodati q̃ id qõ imago eiꝰ non frustra dicit. Nemo itaq; miret etiã i isto modo videndi q̃ cõcessus est huic vite: p speculũ scz in enigmate laborare nos vt quõcunq; videamꝰ. Nomẽ q̃pe hic non sonaret enigmatis: si esset facilitas visionis. Et hoc ẽ grandius enigma: vt non videamus quod non videre non possumus. Quis eñ non videt cogitationẽ suã: Et qs videt cogitationẽ suã: ñ non oculis carnalibus dico: sed ipo iterioze cõspectu. Quis nõ eam videt: t qs eam videt: qñ quidẽ cogitatio visio est animi quedã: siue assint ea que oculis q̃ corpalibus videant: vt ceteris sentiant sensibꝰ: siue non assint: t eoz similitudines cogitatõe cernant. q̃ nec corpalia sunt. nec corpaliũ similitudies. sicut virtutes t vitia: sicut ipa denicq; cogitatio cogitat: siue illa que p disciplinas tradunt liberalesq; doctrinas: siue istoz oim causse supiores atq; rõnes in natura imutabili cogitent: siue etiã mala t vana ac falsa cogitemus: vel non consentiente sensu: vel errante consensu.

Quõ p inspectionẽ verbi quod est in cogitatione mentis humane ad agnitionez verbi qõ deꝰ est aliq̃tenꝰ possit accedi. Ca. X.

Sed nũc de his loquamur q̃ nota cogitamus t habemus in noticia etiaz si non cogitemus: siue ad cõtemplatiuã sciam ptineant: quã ppie sapiam dicimꝰ siue ad actiuã: quã ppie sciam nũcupandam esse differuimus. Simul eñ vtrũq; mentis est vnius t imago dei vna. Cũ vo de inferioze distinctius t seorsum agit. tunc nõ est vocanda imago dei: q̃uis t tũc in ea nõnulla reperiat similitudo illius trinitat: qõ in terciodecimo volumine oñdimus. Nũc g̃ simul ovniuersa scia hois loq̃mur: in q̃ nobis nota sunt q̃cũq; sunt nota: q̃ vtiq; vera sunt: alioq̃n nota nõ essent. Nemo eñ falsa nouit: nisi cuz falsa esse nouit. Qõ si nouit: vez nouit. Elez est eñ q̃ illa falsa sũt. De his g̃ nũc disserimus q̃ nota cogitamus: t nota sunt nobis etiam si nõ cogitent a nobis. Sed certe si ea dicere velimus: nisi cogitata nõ possumus. Nã t si verba nõ sonent: in coꝛde suo dicit vtiq; qđ cogitat. Tñ illud ẽ in libro sapientie. Dixerũt apud se cogitãtes Sap. 2.
nõ recte. Exposuit eñ qđ sit: dixerũt apud se: cũ addidit: cogitantes. Huic simile est in euãgelio: q̃ qđam scribe cũ audissent a dño dictũ
Math. 9 palytico. Confide fili remittunt tibi pcã tua: dixerũt intra se. hic blasphemat. Quid est eñ dixerũt intra se: nisi cogitando. Denicq; seqt. Et cũ vidisset ihesus cogitatiões eoz dixit. Vt Ibidem.
qđ cogitatis mala in coꝛdibus vris: Sic matheus. Lucas aũt hoc idẽ ita narrat. Ceperũt Luce. 5
cogitare scribe t pharisei dicentes. Quis ẽ q loquit blasphemias: Quis põt dimittere peccata nisi solus deus: Et cognouit aũt cogitationes coz ihesus: rñdens dixit ad illos. Quid cogitatis in coꝛdibus vris: Quale est in libro
Sap. 2. sapie: dixerũt cogitantes: tale hic est: cogitauerũt dicentes. Et illic eñ t hic ostendit intra
Mat. 9 se atq; in coꝛde suo dicere. id est cogitando dicere. Dixerunt quipe intra se: t dictũ est eis.
Luc. 12 Quid cogitatis: Et de illo diuite cuiꝰ vberes fructus ager attulit: ait ipe dñs. Et cogitabat intra se dicens. Quedã g̃ cogitatiões locutiones sunt coꝛdis: vbi t os eius esse dñs ostẽdit
Mat. 15 cũ ait. Non qõ intrat in os coinquinat hoiem sed qõ pcedit ex oze hoc coinq̃nat hoiez. Vna snia duo q̃dam hois oza cõplexus est: vnũ coꝛpoꝛis: altez coꝛdis. Nã vtiq; vnde illi hoiez putauerũt inquinari in os intrat coꝛpis. Tñ aũt dñs dixit inq̃nari hoiem: de coꝛdis oze pcedit. Ita quipe exposuit ipse qõ dixerat. Nã paulo post de hac re discipulis suis. Adhuc inquit Ibidem.
t vos sine intellectu estis. Non intelligitis: q̃ oñe qõ in os intrat in ventrẽ vadit t in secessum emittit: hic certe aptissime demõstrauit os coꝛpis. At in eo qõ sequit os coꝛdis ostendens. Que aũt inquit pcedũt de oze: de coꝛde exeũt: t ea coinq̃nant hoiez. De coꝛde eñ Ibidem.

exeũt cogitatiões male: ⁊ cetera· Quid hac expositione lucidius? Nec tñ quia dicimus locutiones cordis esse cogitatões· ideo nõ sunt etiam visiones exorte de notitie visiõibus· qñ vere sunt· Foris eñ cum p corpus hec fiunt: aliud ẽ locutio aliud visio· Intus aũt cũ cogitamus: vtrũq; vnuz est· Sicut auditio ⁊ visio duo quedam sunt inter se distantia in sensib⁹ corpis· in animo aũt nõ est aliud atq; aliud videre ⁊ audire· Ac p hoc cum locutio foris nõ videat: sed potius audiat· Locutiones tñ interiores hoc est cogitatiões visas dixit a dño sanctũ euangeliũ nõ auditas· Dixerũt inquit intra se: hic blasphemat· Deinde subiunxit· Et cũ vidisset iesus cogitationes eoz· Vidit ergo q̃ dixerũt· Vidit eñ cogitatione sua cogitationes eoz: quas illi soli se putabãt videre· Quisquis igit̃ potest intelligere verbum: nõ solum anteq; sonet: verũetiam anteq; sonoz eius imagines cogitatione voluant̃· hoc eñ est qõ ad nullam ptinet linguam eaz scz q̃ lingue appellãt gentiũ: quaz lingua nostra latina est· Quisquis inq; hõ intelligere potest iã põt videre p hoc speculũ atq; in hoc enigmate aliquã verbi illius similitudinẽ: õ quo dictũ est· In principio erat verbum: ⁊ verbum erat apud deũ: ⁊ deus erat verbum· Necesse ẽ eñ cuz verbum loquimur· id est qõ scimus quod loquimur ex ipsa scientia quã memoria tenemus: nascat̃ verbũ qõ eiusmodi sit oño cuius modi ẽ illa scia de q̃ nascit̃· Formata q̃pe cogitatio ab ea re quã scimus: verbuz est quod in corde dicinus: qõ nec grecũ est nec latinuz nec lingue alicuius alterius: sed cum id opus est in eoz quibus loquimur pferre noticiã aliquod signũ quo significet̃ assumit̃· Et plerũq; sonus aliqñ etiam nutus: ille auribus: ille oculis exhibet̃: vt p signa corpalia etiã corpis sensibus verbum qõ mente gerimus innotescat Nam ⁊ innuere quid est nisi quodãmodo visibiliter dicere· Et in scripturis sanctis huius sententie testimoniũ· Nam in euangelio ſm iohẽm ita legit̃· Amen amen dico vobis quia vnus ex vobis tradet me· Aspiciebant ergo adinuicẽ discipuli: hesitantes de quo diceret· Erat ergo vnus ex discipulis eius in sinu iesu quẽ diligebat iesus· Innuit ergo huic symon petrus ⁊ dicit ei· Quis est de quo dicit? Ecce innuendo dixit: quod sonãdo dicere nõ audebat: Sed hec atq; hmõi signa corpalia siue auribus siue oculis põsentibus quibus loquimur exhibemus· Inuente sunt etiã littere p quas possemus ⁊ cũ absentibus colloqui: sed ista signa sunt vocum cum ipse voces in ſmone nostro eaz quas cogitamus signa sint rez·

Sicut verbũ hominis significat̃ per vocez vel quodlibet indicium corporale: ita verbuz dei manifestatũ esse per carnem· La·XI·

Roinde verbum quod foris sonat signum est verbi quod intus lucet: cui magis verbi competit nomen· Nam illud quod pfertur carnis ore: vox verbi est· Verbũq; ⁊ ipm dicit̃ ppter illud a quo vt foris appareret assumptũ est· Ita eñ verbũ nostrum vox quodãmodo corporis fit assumẽdo eam: in qua manifestet̃ sensibus hoim: sicut verbum dei caro factũ est: assumendo eam in qua ⁊ ipm manifestaret̃ sensibus hoim· Et sicut verbum nostrũ fit vox nec mutat̃ in vocẽ ita verbum dei caro q̃dem factũ est: sed absit vt mutaret̃ in carnem· Assumendo quippe illã nõ in eam se cõsumendo: ⁊ hoc nostrũ vox fit: ⁊ illud caro factum est· Quapropter quicũq; cupit ad qualẽcũq; similitudinẽ dei verbi: q̃uis per multa dissimilẽ peruenire: nõ intueat̃ verbum nostrum quod sonat in auribus: nec quãdo voce pfert̃: nec qñ silentio cogitatur· Omniũ nãq; sonantiũ verba linguaz etiam in silentio cogitant̃: ⁊ carmina pcurrunt̃ animo: tacente ore corporis· Nec solum numeri syllabaz: verũetiam modi cantilenaz cũ sint corporales: ⁊ ad eum qui vocat̃ auditus sensum corporis ptinentes: p incorporeas quasdam imagines suas pñto sunt cogitantibus: ⁊ tacite cuncta ista voluentibus· Sed transeũda sunt hec: vt ad illud perueniatur hominis verbum p cuius qualẽcũq; similitudinez sicut in enigmate videat̃ vtcũq; dei verbũ· Non illud qõ factũ est ad illum vel ad alium ppheta ⁊ de quo dictũ est· Verbũ aũt dñi crescebat ⁊ multiplicabatur· Et de quo itez dictũ est· Igitur fides ex auditu: auditus aũt p verbũ christi· Et itez· Cum accepissetis a nobis verbuz auditus dei: accepistis nõ vt verbum hoim: sed sicut est vere verbum dei· Et innumerabilia similiter in scripturis dicunt̃ de dei verbo: qõ in sonis multaz diuersarũq; linguaz p corda ⁊ ora disseminat̃ humana· Ideo autẽ verbuz dei dicit̃: quia doctrina diuina traditur nõ humana· Sed illud verbum dei querimus qualitercũq; per hanc similitudinẽ nunc videre: de quo dictũ est· Deus erat verbum: de quo dictum est· Omnia per ipm facta sunt· de quo dictum est· Verbum caro factum est· de quo dictum est· Fons sapientie verbum dei in excelsis· Perueniendũ est ergo ad illud verbũ hominis: ad verbum rõnalis animantis: ad verbum nõ de deo nate: sed a deo facte imaginis

Mat·9· Ibidem·
Joh·ſ·
Ibidẽ·ſ3·
Joh·ſ·
Act·6
Roñ·ſo· ſ·Thes·2
Joh·ſ· Ibidem· Ibidem· Eccl·ſ

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

dei: quod neq; platiuū est in sono: neq; cogitatiuū in similitudine soni·quod alicuius linguę esse necesse sit: sed q; omnia quibus significatur signa: pcedit: ⁊ gignitur de sciētia que manet in animo: qñ eadem scientia intus dicitur sicuti est·simillima est eñ visio cogitationis: visioni scientie· Nam qñ p sonuz dicit: vel p aliquod coꝛporale signum: nō dicit sicuti est sed sicut pōt videri audiri ve per coꝛpus· Qñ ergo qō in noticia est: hoc est in verbo: tunc ē verꝫ verbum ⁊ veritas: qualis expectat ab homine: vt qō est in ista· hoc sit ⁊ in illo· qō non est in ista: nō sit ⁊ in illo· hic agnoscit· est est· nō nō· Sic accedit quantū potest ista similitudo imaginis facte ad illam similitudinē imaginis nate: qua deus filius patri p omnia substantialiter similis p̄dicat· Animaduertenda est in hꝫ
Joh·j· enigmate etiam ista verbi dei similitudo: qō sicut de illo verbo dictum est· Omnia p ipm facta sunt: vbi deus p vnigenitū verbum suum p̄dicatur vniuersa fecisse Jta hominis opera nulla sunt: que nō p̄us dicunt in coꝛde· Unō scriptum est: Jnitium omnis operis verbum
Eccī·37 Sed etiam hic cum verum verbum est: tunc ē initium boni operis· Uerum autē verbuz est cū de scientia bene operandi gignit: vt etiam ibi seruet· est est· nō nō· vt si est in ea scientia q̄ viuendum est: sit ⁊ in verbo p quod operandum est·si nō·nō·alioquin mendaciū erit verbuz tale: nō veritas: ⁊ inde peccatū: nō opus rectum· Est ⁊ hec in ista similitudie verbi nostri similitudo verbi dei: quia potest esse verbum nostrum quod nō sequat opus: opus autem esse nō potest: nisi p̄cedat verbum· Sic ⁊ verbum dei potuit esse nulla existente creatura· Creatura vero nulla esse potest nisi p ipm
Joh·j per quod facta sunt omnia· Jdeoq; non deus pater: nō spiritussanctus: nō ipsa trinitas: sed
Joh·j solus filius quod est verbum dei caro factum est: q̄uis trinitate faciente: vt sequente atq; imitante verbo nostro: eius exemplum recte viueremus: hoc est nullum habentes in verbi nostri vel p̄templatione vel operatione mendaciū· Uerum hec huius imaginis est quandoq; futura perfectio· Ad hanc p̄sequendam
2·Coꝛ·3· nos erudit magister bonus fide xp̄iana: pietatisq; doctrina: vt reuelata facie: a legis velamine qō est vmbra futuroꝝ: gloriā dñi speculātes: p speculū sc̄z intuentes in eandem imaginē transformemur de gloria in gl̄iam tanq; a dñi spū: p̄m supioꝛē de his verbis disputationem· Cū ergo hac transformatione ad pfectū
ſ·Joh·3· fuerit hec imago renouata similes deo erim⁹ quoniā videbimus eū: nō p speculū sed sicuti est: quod dicit apostolus paulus facie ad faciē· Coꝛ·13

Nūc vero in hoc speculo: in hoc enigmate: in hac qualicūq; similitudine· quāta sit etiam dissimilitudo: quis potest explicare: attingam tñ aliqua vt valeo: quibus id possit aduerti·

Quantū distent a vera ⁊ pfecta similitudine dei: que in natura mentis vtcūq; deo similia reperiunt· Ca·XII·

Primo ipsa scientia de q̄ veraciter cogitatio nostra formatꝫ: quando q̄ sc̄imus loquimur· qualis aut quāta pōt hoi q̄ēre: quālibet pitissimo atq; doctissimo exceptis eñ q̄ in animū veniūt a sensibus coꝛporis: in quibus tam multa aliter sunt q̄ videtur: vt eoꝝ verisimilitudine nimiū ꝓstipatus: sanus sibi esse videat qui insanit· Ulñ academica philosophia sic inualuit: vt de omnibus dubitans multo miserius insaniret· Jllis ergo exceptis que a coꝛporis sensibus in animū veniūt: quātū rerū remanet q; ita sciamus: sicut nos viuere scimus: in quo p̄oꝛsus nō metuimus: ne aliqua ꝛ̄ similitudine forte fallamur qñ certū est etiam eum qui fallit viuere· Nec in eis visis hec habent: que obijciunt extrinsecus: vt in eo sic fallatur oculus: quēadmoduz fallit cuz in aqua remus videt infractus: ⁊ nauigātibus turres moueri: ⁊ alia sexcenta que aliter sūt q̄ vident: quia nec p oculum carnis hoc cernit· Jntima scientia est qua nos viuere scimus: vbi ne illud quidem academicis dicere potest: fortasse doꝛmis ⁊ nescis: ⁊ in somnis vides· Ulisa quippe somniantiū simillima esse visis vigilantiū quis ignoꝛat? Sed q̄ certus est de vite sue scientia: nō in ea dicit: scio me vigilare: sed scio me viuere: siue ergo doꝛmiat siue vigilet: viuit· Nec in ea scientia per somnia falli potest quia ⁊ doꝛmire ⁊ in somnis videre: viuentis est· Nec illud potest academicus aduersus istam scientiam dicere: furis fortassis ⁊ nescis: q; sanoꝝ visis simillima sunt etiam visa furentiū: sed q̄ furit viuit· Nec contra academicos dicit· Scio me nō furere: sed scio me viuere· Nunq; ergo falli nec mentiri pōt: q̄ se viuere dixerit scire· Ubille itaq; fallaciuz visoꝝ genera obijciant ei qui dicit· scio me viuere: nihil hoꝝ timebit: quādo ⁊ qui fallitur viuit· Sed si talia sola p̄tinent ad humanā scientiaz: p pauca sunt nisi q; in vno quoq; genere ita multiplicant vt nō soluz pauca nō sint: verūetiam reperiant per infinitū numerū tendere· Qui eñ dicit: scio me viuere: vnū aliquid scire se dicit· Proinde si dicat: scio me scire me viuere: duo sunt iam· hoc vero quod scit hec duo· terciuz scire est: sic potest addere

et quartū ⁊ quītū: ⁊ innumerabilia si sufficiat Sed quia innumerabilē numerꝫ vel cōphendere singula addendo: vel dicere innumerabiliter nō pōt: hoc ipm certissime cōphendit: ac dicit: ⁊ verū hoc eē ⁊ tā innūerabile: vt vere eius infinitū numerꝫ nō possit comphendere ac dicere: hoc ⁊ ī volūtate certa similiꝫ aduerti pōt. Quis ē eñ cui nō impꝛudenter respondeaꝫ: forte falleris: dicenti volo beatus eē: Et si dicat: scio me hoc velle: ⁊ hoc me scire scio: iam his duobꝰ ⁊ tertiū potest addere q̄ hec duo sciat: ⁊ quartum q̄ hec duo scire se sciat: ⁊ similiter in infinitū numerꝫ pergere. Item si quispiā dicat: errare nolo: nōne siue erret siue non erret: errare tū eum nolle verꝫ erit: Quis est q̄ huic non impudentissime dicat: forsitan falleris: cū pfecto vbicūq; fallaꝫ falli se tū nolle nō fallit: Et si hoc scire se dicat addit q̄ntū vult rerꝫ numerꝫ cognitarū: ⁊ numerꝫ eē pspicit infinitū Qui ei dicit nolo me falli: ⁊ hoc me nolle scio: ⁊ hoc me scire scio: iam ⁊ si non cōmoda locutōe pōt hinc infinitū numerū ostendere. Et alia reperiunt q̄ aduersus academicos valeāt: q̄ nihil ab homīe sciri posse contendunt. Sed modus adhibendus ē: pser tim qꝫ in ope isto nō hoc suscepimꝰ Sūt inde libri tres nr̄i: pr̄io nr̄e puersionis tpe scripti: quos q̄ potuerit ⁊ voluerit legere: lectosq; intellexerit: nihil eū pfecto q̄ ab eis cōtra pceptionē veritat̄ argumenta multa inuēta sunt: pmouebunt. Cū eñ duo sint genera rerꝫ q̄ sciunt: vnū earꝫ q̄ p sensus corpis pcipit animus: alterū earū q̄ p seipm multa illi philosophi garrierūt contra corpis sensus: animi āt quasdam firmissimas p seipm pceptiōes rerū verarꝫ: quale illō ē qō dixi: scio me viuere: nequaq; in dubiū vocare potuerūt. Sed absit a nobis vt ea q̄ p sensus corpis didicimus vera esse dubitemus: p eos q̄p̄ didicimꝰ celū ⁊ terrā: ⁊ ea q̄ in eis nota sūt nobis: q̄ntuz ille q̄ et nos et ipa condidit: ñotescere nobis voluit. Absit etiam vt scire nos negemus q̄ testimonio didicimus alioꝝ: alioq̄n esse nescimꝰ oceanum. Nescimus esse terras atq; vrbes quas celeberrima fama cōmendat. Nescimꝰ fuisse homines ⁊ opera eoꝝ que hist̄orica lectōe didicimus. Nescimus que quotidie vndecunq; nunciant: ⁊ indicijs consonis contestantibusq; firmant. Postremo nescimus in quibꝰ locis vel ex quibus homībus fuerimus exorti: quia hec oīa testimonijs credidimus alioꝝ. Qō si absurdissimū est dicere: nō solū nr̄oꝝ: verū etiaz ⁊ alioꝝ corpoꝝ sensus plurimum addidisse nr̄e scientie confitendum est.

Hec igitur oīa ⁊ que p seipm: ⁊ que p sēsus sui corpoꝛis ⁊ que testimonijs alioꝛuz pcepta scit animus humanꝰ: thesauro memoꝛie condita tenet: ex q̄bus gignit verbū verū: q̄n qō scimus loquimur: sed verbū ante omnē sonū ante omnē cogitationē soni. Tunc eñ ē verbum simillimū rei note de qua gignit ⁊ imago eius: quoniā de visione scientie visio cogitationis exoꝛitur: quod est verbū lingue nullius: verbū verꝫ de re vera: nihil de suo habēs sed totū de illa scientia de qua nascit. Nec interest quando id didicerit: qui qō scit loquit. aliq̄n eñ statim vt discit hoc dicit: duz tamen verbum sit verꝫ: id est de rebꝰ notis exoꝛtū.

De scientia dei patris cui nihil cui usq; creature iudicijs conferatur.

Capitulum. XIII.

Ed nunquid deus pater de quo natum est verbū de deo deus: nunq̄d ergo deus pater in ea sapientia qō ē ipse sibi: alia didicit per sensum coꝛpis sui: alia p seipsum: Quis hoc dicat: qui non aīal rōnale: sed supra aīam rōnalē deū cogitat: q̄ntum ab eis cogitari potest qui eum omnibus aīalibus ⁊ omnibus animis p̄eferunt: quāuis per speculū ⁊ in enigmate conjiciendo videant: nondum facie ad faciem sicuti est: Nū quid deus pater caipsa que non per coꝛpus: quod ē ei nullum: sed per seipm scit: aliunde ab aliquo didicit: aut nunciis vel testibus vt ea sciret indiguit: Non vtiq;: Ad omnia quippe scienda que scit: sufficit sibi illa perfectio. habet quidē nuncios: id est angelos: non tamen qui ei que nescit annuncient (non enim sunt vlla que nesciat) sed bonū eoꝛ est de operibus suis eius consulere veritatez: ⁊ hoc est q̄ ei dicunt nonnulla nunciare: nō vt ipse ab eis discat: sed vt ab illo ipsi per verbuz eius sine coꝛporali sono: nunciant etiaz quod voluerit ab eo missi ad quos voluerit: totū ab illo per verbum eius audientes: id est in eius veritate inuenientes: quid sibi faciendū: quid: quibus: ⁊ quādo nunciandū sit. Nam et nos oꝛamus eum: nec tamē necessitates nostras docemus eū. Nouit eñ (ait verbum eius) pater vester quid vobis necessarium sit p̄iusq; petatis ab eo. Nec ista ex aliquo tempoꝛe cognouit vt nosset: sed futura omnia temporalia atq; in eis etiā quid: ⁊ quando ab illo petituri fueramus: ⁊ quos ⁊ de quibus rebus vel exauditurus vel non exauditurus esset: sine initio ante p̄escivit. Vniuersas autē creaturas suas et spiritales ⁊ coꝛporales: non quia sunt ideo nouit: sed ideo sunt quia nouit. Nō

Mat. 6.

enim nesciunt q̄ fuerat creaturus· Quia ergo sciuit creauit: non quia creauit sciuit· Nec aliter ea sciuit creata: q̄ creanda· Non em̄ ei⁹ sapientie aliquid accessit ex eis: sz illis exist̄tibus sicut oportebat t quando oportebat: illa mansit vt erat· Ita t scriptū est in libro ec-
Eccl. 23. clesiastico· Ante q̄ crearent̄ oīa nota sūt illi Sic t post q̄ consummata sūt Sic inquit non aliter: t ante q̄ crearent̄: t post q̄ consummata sūt: sic ei nota sunt· Longe est ergo huic scientie: scientia nostra dissimilis Que autē scientia dei est: ipsa t sapientia: t que sapientia: ipsa essentia siue substantia· q3 in illius nature simplicitate mirabili: non est aliud sapere q̄ esse: sed quod est sapere: hoc ē et esse: sicut t in superioribus libris sepe iam diximꝰ· Nostra vero scientia in rebus plurimis propter a missibilis est t receptibilis· quia non hoc ē nobis esse q̄ scire vel sapere: quoniā esse possumus· etiā si nesciamus: nec̄ sapiamus ea q̄ aliunde didicimus· Propter hoc sicut nostra scientia illi scientie dei· sic t nr̄m verbū quod nascitur de nostra scientia dissimile est illi verbo dei: quod natū est de patris essentia Tale est autē ac si dicerē: de patris scientia: de p̄ris sapientia: vel quod est expressius de patre scientia: de patre sapientia·

De similitudine t equalitate p̄ris dei t vnigeniti eius consubstantialis t coeterni·

Capitulum· XIIII·

Verbum ergo dei patris vnigenitꝰ
v dei filius: per omnia patri similis t equalis: deus ō deo· lumē ō lumie· sapiētia de sapientia· essentia de essentia· est hoc omnino q̄ pater· non tamen pater· quia iste filius· ille pater Ac per hoc nouit omnia q̄ nouit pater· sed ei nosse de patre est sicut esse· Nosse em̄ t esse illi vnū ē· Et ideo patre sicut esse non est a filio: ita nec nosse· Proinde tanquā seipsum dicens· pater genuit verbum sibi equale per oīa· Non em̄ seipsum integre pfecteq̄ dixisset: si aliquid minus· aut amplius esset in eius verbo q̄ in ipso· Ibi summe illud agnoscitur· est est: non non· t ideo verbū hoc vere veritas est· quoniam quicquid est in ea scientia de qua genitum est· t in ipso est· Q̄ autem in ea non est· nec in ipso est· Et falsum habere aliquid hoc verbū nunq̄ pōt· quia immutabiliter sic se habet vt se habet de q̄ ē· Nō
Joh. 5. em̄ pōt filius a seipso facere quicquaz· nisi q̄ viderit patrem facientem· potenter hoc non potest· nec est infirmitas ista· sz firmitas qua falsa esse non potest veritas· Novit itaq̄ omnia deus pater in seipso· novit in filio· Sed in seipso tanq̄ seipsum· in filio tanq̄ verbū suuz quod est de his oīmbus q̄ sunt in seipso· Omnia similiter novit et filius· in se scilicet tanq̄ ea que nata sunt· de his que pater novit in se ipso· In patre autē tanq̄ ea de quibꝰ nata sūt que ipse filius novit in seipso· Sciunt ergo in uicē pater et filius· sed ille gignendo· ille nascendo Et oīa q̄ sunt in eo z scientia· in eo z sapientia· in eo z essentia· vnusquisq̄ eo:uz simul videt· nō priculatim· aut singulatim velut alternante cōspectu· huic illuc· t inde huc t rursus inde vel inde in aliud atq̄ aliud· vt aliqua videre non possit nisi non videns alia· sed vt dixi simul oīa videt· quoz nullū ē q̄ non semper videt· Verbū autem nostrum illud quod nō habet sonum neq̄ cogitationez soni· sed eius rei quā videndo intus dicimus t ideo nullius lingue est· atq̄ inde vt cunq̄ simile est· in hoc enigmate illi verbo dei quod etiā deus est quoniā sic t hoc de nostra nascit quēadmodū t illud de scientia patris natum est Nostrū ergo tale verbū quod inuenimus esse vt cunq̄ illi simile quantū sit etiā dissimile· sic a nobis dici potuerit· nō pigeat intueri·

Q̄ dissimile sit verbū nr̄m mutabile a verbo dei incommutabili et eterno·

Capitulum· XV·

Quid verbū nostrū de sola scie
n tia nr̄a nascit: Nōne multa dicimꝰ etiā q̄ nescimꝰ: Nec dubitantes ea dicimꝰ· sz vera esse arbitrātes· q̄ forte si vera sunt: in ipis rebus de quibus loquimur nō in verbo nr̄o vera sūt: quia verbū verū non ē nisi quod de re q̄ scitur gignit· Falsū ē ergo isto modo verbū nr̄m: nō cū mentimur: sed cum fallimur· Cū autem dubitamus: nondū ē verbum de re de qua dubitamus: sed de ipsa dubitatione verbū est· Quāuis em̄ non nouerimus an vez sit vnde dubitamus· tamē dubitare nos nouimus: ac si hoc cū hoc dicimꝰ verum verbū est: quoniā quod nouimus dicimꝰ Quid q̄ etiā mentiri possumus: Quod cū facimus: vtiq̄ volentes et scientes falsum verbū habemus· vbi verū verbuz est: mētiri nos hoc em̄ scimus· Et cū mentitos nos esse confitemur: verū dicimꝰ· q̄ scimus em̄ dicimus· Scimus nanq̄ nos esse mentitos· Verbum autē illud quod est deus t potentius est nobis hoc nō pōt· Non em̄ potest facere quicquam: nisi q̄ viderit patrē facientem· t non a seipso loquitur: sed a patre illi est omne quod loquitur: cū ip̄m pater vnice loquit: et magna illi⁹ verbi potentia est: non posse mentiri: quia nō pōt esse illic est: t non: sed est est· non non· At

eñ nec verbū dicendū est: quod verū nō est. Sit ita: libens assentior. Quid cū verū ē verbū nr̄m: ⁊ ideo recte verbū vocat: nunqd sic dici pōt vel visio de visione: vel scientia de scientia: ita dici potest essentia de essentia: sicut illud dei verbū maxime dicit maxieqꝫ dicēdū est. Quid itaqꝫ: quia non hoc est nobis eē qđ est nosse. Multa quippe nouimus q̄ p memoriā quodāmodo viuūt: ita ⁊ obliuione quodā modo moriuntur. atqꝫ ideo cū illa iā non sint in noticia nr̄a: nos tū sumus. Et cū sciētia nostra animo lapso perierit a nobis: nos tū viuimus. Illa etiā que ita sciuntur vt nunqꝫ excidere possint: qñ p̄sentia sūt: ⁊ ad ipsius animi naturā ptinent: vt est illud quod nos viuere scimus. Manet eñ hoc q̄diu animus manet: et q; semp manet animus: ⁊ hoc semper manet. Jd ergo ⁊ si qua reperiunt similia: in quibus imago dei potius intuenda est: etiā si semp sciunt: tū quia nō sp etiā cogitant: quomodo de his dicatur verbū sempiternū. cum verbū nr̄m nr̄a cogitatiō dicat. inuenire difficile est. Sempiternū ē eñ aīo viuere. sempiternū est scire qđ viuit. nec tamen sempiternū est cogitare vitā suā: vel cogitare sciētiā vite sue. quoniā cū aliud atqꝫ aliud ceperit. ꝫ desinet cogitare. quāuis non desinat scire. Ex quo fit vt si pōt esse in aīo aliqua sciētia sempiterna. ⁊ sempiterna esse nō pōt eius dē scie cogitatio. ⁊ verbū verꝫ nr̄m intimū nisi nr̄a cogitatiō nō dicit. solus deus intelligat. habere verbū sempiternū sibiqꝫ coeternū. Nisi forte dicendū est ipsam possibilitatē cogitatiōis qñ id qđ scitur etiā qñ nō cogitat. pōt tū vere citer cogitari verbū esse tā ꝓpetuū q̄; scia ipa ꝓpetua est. Sed qūo est verbū qđ nōdū in cogitatiōis visiōe formatū est. Quō erit simile scie de qua nascit si eius nō habet formā. ⁊ iō iā vocatur verbū quia pōt habere. Tale ē ei ac si p hoc dicat. iō iā vocandū esse verbū. qz potest esse verbū. Sed quid est q pōt esse verbū. ⁊ iō iā dignū est verbi noīe. Quid est inqꝫ hoc formabile nondū qꝫ formatū. nisi quiddā mentis nr̄e q hac atqꝫ hac volubili quadā motiōe iactamus. cū a nobis nūc hoc. nunc illud sic inuentū fuerit vel occurrerit cogitat. Et tunc fit verū verbū qñ illud qđ nos dixim⁹ volubili motiōe iactare ad id qđ scimus peruenerit. atqꝫ inde formatur eius omnimodaꝫ similitudinē capiens. vt quō res queqꝫ scitur. sic etiā cogitetur. sine voce. sine vocis cogitatione. que p̄fecto alicuius lingue est. si in qua de dicatur. Ac per hoc etiā si concedamus nec de controuersia vocabuli laborare videamur iam vocandū esse verbū quiddā illud mentj nostre quod de nostra scientia formari potest etiā p̄ius q̄ forma tū sit. quia iam vt ita dicaꝫ formabile est: quis non videat: quanta hic sit dissimilitudo ab illo dei verbo qđ in forma dei sic est: vt non ante fuerit formabile p̄iusqꝫ formatū: nec aliquando esse possit informe; sed sit forma simplex ⁊ simpliciter equalis ei de quo est: ⁊ cui mirabiliter coeterna est.

An volubilitas cogitatiōis in deo esse credenda sit.

Capitulum. XVI.

